Et quoniam hoc promulgato ea, quæ longa consuetudine invaluerant, per ipsius etiam principis edictum magis stabilita fuerunt: chartularius in hunc usque diem sedet ante quemlibet pontificem, licet dignitatem habeat ab ipso principe concessam, ut hypertimi, vel protosyncelli. Ac tunc quidem ambiguum hoc ita solutum fuit. Ego vero sicut imperatoris sanctioni, prout legibus receptum est, assentior: ita sententiam, chartulario primam sessionem astruentem, per solam non scriptam longissimi temporis consuetudinem, quæ legis (ut antea scripsimus) loco ducitur (63), minime probo. Quippe tunc scio diuturnam consuetudinem pro lege valere, omnino tamen in judicio prius examinatam, cum leges et canones

NOTÆ.

(63) 1. 31 D. De legib. et l. 3. C. Quæ sit long. consuet.

per eam non debilitantur. Igitur aīo, chartularium habere primam sessionem etiam secundum id, quod sacris canonibus continetur: quod sane sacra principis circumspectio tunc sponte reticuit. Nam licet indicatus ille Nicæni primi concilii canon statuit, diaconum nec participare, nec sedere antea sacerdotes, sepius tamen canon sanctæ ac universalis sextæ synodi jubet, ut is, qui personam patriarchæ, vel simpliciter episcopi gerit, ante sacerdotes sedeat. Ideoque magnus ac sanctus etiam Cyrillus, Alexandrinus papa, capiti fasciam circumdedit auream, quo tempore sanctæ et universali tertie synodo præfuit. Quippe Celestini locum obtinebat ejus, qui Romanam tunc regebat Ecclesiam; quemadmodum liquet ex actis ejusdem synodi tertie. Et qua Celestinus utebatur gloria, secundum sanctionem apostolis æqualis illius sancti magnique Constantini, factam ad sanctum Silvestrum, cum imperii sceptrum per Dei providentiam et veteri Roma transferrentur in hanc urbem urbium principem; qua statuitur, aurea fascia tum ipsius sancti Silvestri, tum successorum ejus, pontificum Romanorum caput condecorari debere: eadem et Cyrillus exornabatur. Quamobrem et ii, qui post ipsum Alexandriæ pontificatum gessere, propter æternam memoriam ejus, quod tunc decretum fuit, eodem modo in hunc usque diem titulo suo cohonestantur. Cumque omnes alii capitibus apertis res sacras peragant, solus Alexandrinus patriarcha rem divinam facit, fascia dicta caput obvolutus. Quinetiam XII illos cardinales Papæ consimiliter videmus pileis aureis ornatos (64), veluti Papæ personam representantes, ejusque jura fulciantes. Nam appellatione cardinis apud Romanos postes forium veniunt. Itaque consentaneum est, eos haud dubie verum dicere, qui perhibent, etiam cujusque temporis chartularium aurea ejus modi tiara, eortæ ante annos, in publicis quibusdam conventibus usum, qui non tantum pro more haberentur in Ecclesiis, verum etiam in processionibus, et foris publicis. Atque equidem certo scio, in hunc usque diem repositum esse pileum ejus modi auro interspersum in arca chartularii: neque longum intercedit, ac remotum temporis spatium, sed rei memoria recens est. Nec ignobilis invidia, vel imperita scilicet religio, magnum ejusmodi privilegium hujus officii aboleverunt. Quippe per ipsam te veritatem obtinet, per charitatem fraternam, per amorem erga Deum, dic mihi, quodnam majus fuerit operæ pretium, quam chartularium videre nonnunquam per forum procedentem cum auro interspersa tiara, qui mulo vehatur, et more patriarchali ornatus sit albo linteo, quemadmodum id quoque per indicatam san-

A τοφύλακα, κατὰ τὴν τῶν θεῶν κανόνων περιλήψιν, τοῦτο ἔπερ ἡ βασιλεὺς θέλει περιωπῆ ἐκονεὶ τῆν-καῦτα παρασιώπησα. Ἐάν γάρ ὁ ῥήθεις τῆς ἐκ Νικαίας πρώτης συνόδου κανὼν ἐπιρρίζεται, μὴ μεταλαμβάνειν μηδὲ καθῆσθαι πρὸ τῶν ἱερῶν διάκονον, ἀλλ' ὁ ζ' κανὼν τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμηνικῆς ἐκτῆς συνόδου παρακαλεῖται, τὸν ἐπίστοντα πρόσωπον πατριαρχικὸν ἢ ἀπλῶς ἐπισκοπικὸν, πρὸ τῶν ἱερῶν καθῆσθαι. Διὸ καὶ ὁ μέγας ἅγιος Κύριλλος ὁ πάππας Ἀλεξανδρείας, ἐπὶ κεφαλῆς χρυσοῦν λῶρον περιπέδωλετο, ὅτε τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμηνικῆς τρίτης συνόδου προέστατο. Ἐπαίχε γάρ καὶ τὸν τόπον τοῦ Κελεστίνου, τοῦ τῆν Ἐκκλησίαν τῆς Ῥώμης ἰθύοντος, καθὼς τοῦτο παρίσταται ἐκ τῶν πρακτικῶν τῆς τρίτης συνόδου. Καὶ ὡς ἐκεῖνος ἐμεγαλύνετο, κατὰ τὸ θέσπισμα τοῦ ἱσαποστόλου ἁγίου μεγάλου Κωνσταντίνου, τὸ γεγονός πρὸς τὸν ἅγιον Σιλβέστρον, ὅτε τὰ σκεπτρα τῆς βασιλείας ἐκ τῆς παλαιᾶς Ῥώμης κατὰ θεοῦ πρόνοιαν μετετέθησαν εἰς τὴν τῶν πόλεων βασιλεύουσαν, καὶ ἐπιρρίζοντο, μετὰ χρυσοπάστου λῶρου τὴν τοῦ ἁγίου Σιλβέστρου κεφαλὴν, καὶ τῶν μετ' αὐτὸν ἀρχιερέων τῆς Ῥώμης κατακαλλύνεσθαι, καὶ αὐτὸς τοιαυτοτρόπως καθωραζέτο. Κάντεῦθεν καὶ οἱ μετ' ἐκεῖνον εἰς Ἀλεξανδρείαν ἀρχιερατεύοντες, διὰ μνήμην αἰώνιον τοῦ τότε συνδέξαντος, ὡσαύτως μέχρι τοῦ νῦν κατακοσμούνται στηλογραφοῦνται. Καὶ πάντων ἀπαρακαλύπτους ἱεουργοῦντων ταῖς κεφαλαῖς, μόνος ὁ πατριάρχης Ἀλεξανδρείας ἱεουργεῖ μετὰ τοῦ λῶρου τὴν κεφαλὴν καλυπτόμενος. Καὶ τοὺς δώδεκα δὲ Καρθηναίους τοῦ Πάπα παρομοίως βλέπομεν κεκοσμημένους χρυσοῖς ἐπιπέδημασιν, ὡς ἀντιπροσωποῦντας τῷ Πάπα, καὶ τὰ τοῦτου στηρίζοντας δίκαια. Κέρδων γάρ παρὰ Ῥωμαίοις, αἱ φλιαὶ τῶν θυρῶν ὀνομάζονται. Ἀραρεν οὐκ ἀληθεύειν ἐναργῶς τοὺς λέγοντας καὶ τὸν κατὰ καιροῦς χαρτοφύλακα μετὰ τοιαύτης τιάρης χρυσοῦς πρὸ μετρούμενων χρόνων τινῶν, ἐν τισὶ πανδήμοις δοξάζεσθαι πανηγύρεσιν, οὐ μόνον ἐπ' Ἐκκλησίας γινομέναις, ὡς εἰώθεν, ἀλλὰ καὶ ἐν προδόσις, καὶ ἀγοραῖς. Πεπληροφόρημα δὲ καὶ αὐτὸς, ἀποκείσθαι μέχρι τοῦ νῦν εἰς τὸ τοῦ χαρτοφύλακος κιδώτιον, χρυσοπάστον τοιοῦτον ἐπιπέδημα· καὶ χρόνος οὐκ ἔστι γηραλέος καὶ πέμπτης ἀλλὰ νέος καὶ πρόσφατος. Καὶ φθόνος οὐκ ἄγενη

D ἢ καὶ ἀπαίδευτος δῆθεν εὐλάβεια, τὰ τὸ τοιοῦτον σχολάσαντα μέγα τοῦ ὀφφικίου προνόμιον. Τί γάρ, εἰπέ μοι πρὸς τῆς ἀληθείας αὐτῆς, πρὸς τῆς ἀδελφικῆς ἀγάπης, πρὸς τῆς κατὰ θεὸν διαθέσεως, εἴη ἂν σπουδαιότερον, τοῦ βλέπειν ἔστιν ὅτε τὸν χαρτοφύλακα διὰ τῆς ἀγορᾶς προοδεύοντα μετὰ χρυσοπάστου τιάρης, καὶ ἐποχοῦμενον ἐν ἡμίονῳ, πατριαρχικῶς μετὰ ὀθονίου κεκοσμημένῃ⁶¹ λευκοῦ, καθὼς καὶ τοῦτο διὰ τοῦ ῥηθέντος θεσπίσματος ὄριστα, καὶ ὑπὸ ἐξκουβιτῶρων δορυφορούμενον; Εἰ μὴ τις

VARIAE LECTIONES.

⁶¹ κεκοσμημένον.

NOTE.

(64) Nota cardinales Ecclesie Rom. olim duodecim fuisse.

λέγει προειρητέον εἶναι τὴν κεφαλὴν τῆς χειρὸς, ἢ ἄλλου μέλους τοῦ σώματος. Τοῦτο γὰρ διὰ τὴν εὐ-
 ἤθειαν οὐ παραλληλίζεται. Ἄλλ' ἐπανιτόεν ὄθεν ὁ
 λόγος μετέπειτα, καὶ ζητητέον, τίνας χάριν τῶν
 μὴν ἄλλων σεκρέτων οἱ προκαθήμενοι μόνοις ἐξ-
 υπηρετύνονται σεκρετικῶς δουλευταί; ὁ δὲ χαρτοφύ-
 λαξ τὰς γὰρ σεκρετικῶν διακονιών μεγαθύνηται. Φαμὲν
 οὖν, ὅτι τὰ τοῦ χαρτοφύλακος δίκαια ψυχικῶν βυπα-
 σμάτων εἰσι καθαρτήρια, καὶ νοσημάτων σωματικῶν
 ἀλεξιτήρια. Διὸ καὶ τετύπεται, ταγμάτων διττῶν
 ὑπουργοῖς αὐτὰ κατευθύνεσθαι. Ἄν γοῦν θεμιστεύων
 προκαθῆται, καὶ δικαστικά διυλίζων νοήματα, νό-
 μους συνάπτῃ νομίμοις θεσπιωθήμασι, καὶ κανόσι
 κανόνας ἀρμολογῇ, ἂν δικολογῶν προτάσει; καὶ
 ἀντιθέσει σφυρηλατῇ, καὶ τὰς μὲν ἀποσμειυῆ τῇ
 λυδίᾳ τῆς διαγνώσεως, καὶ τὰς δὲ παραδέχεται· καὶ
 τέλος, ἂν κρίσεισι πατριαρχικῶν νοταρίων ζυγοστατῇ,
 σεκρετικῶν διαλαλαῖς μεγαλύνεται· καὶ μᾶλλον,
 ὅταν τὸ δικαστήριον ἐν μόνοις πράγμασι στημονίζη-
 ται. Εἰ δὲ προκαθῆται ψυχικῶν ἀρρώσθημάτων θε-
 ραπειαν ποικύμενος, καὶ σεσηπότων τραυμάτων
 ἐπισκεπτόμενος κακοῦθαιαν, πῆ μὲν σιδήρῳ χωνεύων
 τοῦ πάθους τὴν ὑπουλόγητα, πῆ δ' ἐκίπασσων ἤπει-
 φάρμακα, παρὰ τῆς τέξεως ὑπηρετεῖται τῶν ἐπι-
 σκοπιανῶν. Εἰ δ' ἔστιν ὅτε κατὰ διορισμὸν πα-
 τριαρχικῶν, τινὰ τῶν προνομίων τούτων παρασα-
 λεύοιτο, τέως ἐγὼ ἀγνωῶ, καὶ συγγνώμης ἀξιοθή-
 σομαι, τὴν παλαιὰν ἀναδιδάσκων παράδοσιν. Τούτων
 πῶν οὕτω καλῶς διευκρινηθέντων, ὡς οἶμαι, ἀναγα-
 ναῖον ἔδοξέ μοι ποιῆσαι καὶ πρὸς τὸν κατὰ καιροῦς
 χαρτοφύλακα δικαίαν ἀξίωσιν. Δέσποτά μου χαρτο-
 φύλαξ, ἐδὲ ἐμπιστευθέν σοι τάλαντον ἀπὸ Θεοῦ
 παντοκράτορος, μὴ καταχωσθεῖν διὰ νωθρείαν σου,
 ἵνα μὴ ἀκούσης δούλος πονηρὸς καὶ ἀχάριστος· μηδὲ
 τὸ κέρμα τῶν μεγάλων προνομίων αὐτοῦ προδοθεῖν
 κατὰ σὴν πολλὴν ἐπεικείαν· ἀλλὰ διαδοθῆναι πρὸς
 τραπεζίτας, καὶ διπλασιασθήσεται. Σκοπὸν σε κατ-
 ἄσθησε δεύτερον ὁ Θεὸς διὰ χειρὸς ἐπισκοπικῆς.
 Κάντεῦθεν ἐπὶ τῷ στόματι σου πάντες εἰσέρχονται
 εἰς οἶκον Θεοῦ παντοκράτορος, καὶ ἐπὶ τῷ στόματι
 σου ἐξέρχονται. Μὴ οὖν εἴπης, τί δοθεῖν μοι, καὶ
 τί προστεθεῖν μοι πρὸς μέριμναν ὀλοχρόνιον; Μηδὲ
 σιγήσης, μηδὲ καταπραύνης, μηδὲ λαλήσης ὡς
 ἀνθρώποις ἀρέσκων, εἶπεν ὁ μέγας ἀπόστολος
 Παῦλος, κατ' ἐκεῖνον τὸν πονηρὸν μισθῶν, τὸν
 καθ' ἑαυτὸν ψιθυρίσαντα· τὸ ἐκλείπον ἐκλειπέτω,
 τὸ ἐσκορπισμένον μὴ συναχθεῖν, καὶ τὸ συντετριμ-
 μένον μὴ ὀλομεληθεῖν. Ἄρχει γὰρ τῇ ἡμέρᾳ ἡ κα-
 κία αὐτῆς. Ἄλλὰ σήρυξον ἀποστολικῶς, ἐνώπιον
 Θεοῦ τὴν ἀλήθειαν. Ἐπίστηθι εὐκαιρως, ἀκαιρως,
 βλαγῶν, ἐπιτίμησον, παρακάλεσον, κακοπάθησον,
 ἔργον ποιήσον εὐαγγελιστοῦ, τὴν διακονίαν σου
 πληροφόρησον. Καὶ τάχα νεανικῶς οὕτω τὸν καλὸν
 ἀγῶνα κατὰ τὸ ἀπητημένον ἀγωνισάμενος, καὶ τὴν
 διακονίαν σου συντηρήσας ἀνεπιδούλευτον καὶ
 ἀρπαιετον, ἐν τῷ μηδενὶ ἂν ταπεινώσης τοὺς ἀντι-
 πίπτοντας, καὶ ἐρεῖς, Τὸν δρόμον τετέλεκα, τὴν
 πίστιν τετήρηκα. Δοιπὸν ἀπόκειται μοι τῆς δικαιο-
 σύνης ὁ στέφανος. Ὅς καὶ δοθήσεται σοι παρὰ Θεοῦ

tionem statutum est, et excubitorum habeat
 satellitium? nisi quis dicere velit, plus honoris
 deferendum capiti, quam manui, vel alteri membro
 corporis. Nam hæc comparatio, ceu stulta, non in-
 stituitur. Sed redeundum, unde deflexit oratio, et
 inquirendum, quamobrem aliorum secretorum
 præsidēs secreticis duntaxat servitiis utantur :
 cum chartularius auctoritatis majoris causa gemi-
 nos habeat ministrorum ordines. Itaque dicimus,
 in eo versari jura chartularii, ut animorum sordes
 expurget, ac morbis corporeis medicinam adhibeat.
 Ideoque statutum est, hæc esse dirigenda per ge-
 minorum ordinum administratos. Sive igitur jus di-
 cens præsideat, et judicariis percolans intelle-
 ctus, leges cum legum sanctionibus componat, et
 canones cum canonibus conciliet; sive causas
 agens, propositiones et objectiones sub incudem
 revocet, et has quidem velut abradat per Lydium
 cognitionis lapidem, illas admittat; sive denique
 judicia notariorum patriarchalium ponderet, per
 secreticorum ministrorum decreta magnam aucto-
 ritatem consequitur; præsertim cum solis in rebus
 judicium texit. Sin ita præsidet, ut ægritudinibus
 animi remedium adhibeat, et putridorum vulnerum
 foeditatem inspiciat, ac nonnunquam ferro latens
 vitii malum adurat, nonnunquam mitis inspergat
 medicamenta, ordinis episcopianorum ministerio
 utitur. An vero interdum sic jubente ac volente
 patriarcha usuveniat, ut aliquod horum privile-
 giorum loco moveatur; equidem scire non possum
 et veniam merebor, qui consuetudinem antiquam
 doceo. His igitur in hunc modum recte declaratis,
 ut arbitror, necessarium mihi visum est, ut justam
 petitionem ad eujusvis temporis chartularium in-
 stituam. Domine mi chartophylax, talentum fidel-
 itate creditum ab omnipotente Deo, per ignaviam
 tuam ne defossum sit; ne servus nequam et ingra-
 tus appelleris: neve magnorum hujus officii pri-
 vilegiorum æs, nimia mansuetudine tua prodatur,
 sed inter nummularios distribuatur, et duplicetur.
 Alterum te scopum Deus per episcopalem manum
 constituit. Quo sit, ut ad os tuum omnipotentis
 Dei domum omnes ingrediantur, et ad os tuum
 egrediantur. Non ergo dixeris: Quid dari mihi
 possit, et quid adjici ad sollicitudinem perpetuam?
 Neve tacueris, nec demulseris, nec locutus fueris,
 veluti qui hominibus placere velis, inquit magnus
 ille Paulus apostolus, instar illius pravi mercenarii,
 qui apud semetipsum susurrabat: Deficiat, quod
 deficit, dispersum non colligatur, contritum non
 redintegretur. Sufficit namque diei afflictio sua.
 Sed potius apostolico more veritatem in conspectu
 Dei prædicato. Insta opportune, importune. Redar-
 gue, increpa, cohortare, tolerans esto, fac officium
 evangelistæ, ministerium tuum imple. Ac fortassis
 ita juveniliter absoluto præclaro certamine, prout
 abs te postulatum fuerit, et conservato ministerio
 tuo citra insidias, ac minime deminuto, in nullo
 humiliahis adversantes, ac dices: Cursum abso- vi,

fidem conservavi. De cætero reposita mihi est corona justitiæ. Quæ quidem dabitur tibi ab omnipotente Deo tam in hoc sæculo, quam in futuro, idque in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et imperium in sæcula. Amen.

EJUSDEM

Cognitio, de discrepata in synodo questione, num unus et idem duabus sobrinis jungi debeat.

Atheniensium tam indigenæ, quam advenæ, nulli alii rei vacabant, inquit magnus ille Paulus, quam ut aliquid novi tum proferrerent, tum audirent. At vero Ecclesia Dei, vel sacra potius regia sanctissimæ Dei majoris Ecclesiæ, a sanctis Patribus decreta corroborans, omnem superfluitatem novitatis speciem habentem radicitus extirpat, et culmum veritatis ad ferendum fructum centuplum vult crescere. Proficit enim per Dei gratiam, in omni accepta Deo tam oratione, quam negotio. Quamobrem etiam id, de quo non ita pridem quæsitum est in synodo, num unus et idem duabus sobrinis copulari debeat, minime voluit ceu novum aliquid, in angulum aliquem cadere neglectum : sed uti rem alicujus momenti et utilissimam, ad examen publicum proposuit. Et quia sanctissimus ille sponsus ejus, et canonicarum traditionum meditator vigilantissimus, nos quoque participes ejus boni esse voluit, dicimus aliquos latam et offensionis expertem (ut ipsi quidem aiunt) viam aperuisse Demetrio, qui Mariæ cujusdam maritus fuerat, matrimonio copulandi sobrinam ejus, nomine Theodoram. Et interrogati, quamobrem, et quomodo ad hoc invitent, aiunt, hunc contractum ad septimum gradum pertinere, propterea quod Demetrius et Maria, conjux ejus mortua, personas duas, et consequenter gradus duos constituent, licet ob consensum et amorem mutuum pro una carne haberentur. Nam Maria, inquiunt, sextum cum Theodora gradum habuit, non itidem Demetrius, veluti qui ad personam septimam, et ejusdem numeri gradum referatur. At secundum thema (65) capitis xxxii tituli v libri xxviii Basilicorum, et canon ltv coactæ in magni palatii Trullo sanctæ et universalis synodi, usque ad gradum sextum matrimonia tam ex affinitate, quam cognatione contracta, constrinxerunt. Quæ vero sextum sequuntur, ubere consulari permisissent. Ac tametsi publicatus sit recens tomus synodalis, confirmatus etiam edicto imperatorio, quo præcipitur, ne gradu septimo conjuncti per cognationem, matrimonia contrahant : tamen ad hoc ii, qui eodem gradu per affinitatem sese constringunt, non constringuntur. Magnum enim discrimen est inter necessitudinem sanguinis, et cognaticam simpliciter propinquitatem : ac magna inter hæc stabilita ratio est, alios copulans, alios dirimens. Etiam

Α παντοκράτορος ἐν τε τῷ νῦν αἰῶνι, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

Διάγγρασις, χάριτι τοῦ λαληθέντος συνοδικῶς ζητήματος, περὶ τοῦ, εἰ χρὴ τὸν αὐτὸν καὶ ἕνα δυοὶ δισεξαδέλφαις συνάπτεσθαι.

Οἱ τῶν Ἀθηναίων Ἰθαγενεῖς καὶ προσήλυτοι εἰς οὐδὲν ἕτερον εὐχαίρουσι, ὁ μέγας Παῦλος φησὶν, ἢ λέγειν τι καὶ ἀκούειν καινότερον. Ἡ Ἐκκλησία δὲ τοῦ Θεοῦ, καὶ μᾶλλον τὸ θεῖον ἀνάκτορον τῆς ἀγωγότητος τοῦ Θεοῦ μεγάλης Ἐκκλησίας, τὰ παρὰ τῶν ἀγίων Πατέρων δογματισθέντα κρατούουσα, προθέλμυον ἀποσπᾷ πᾶσαν καινοφανῆ περιττότητα, καὶ θέλει τῆς ἀληθείας τὸν ἄσταχυν ἀνατέλλειν ἑκατοσταύοντα. Προκόπτει γὰρ τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ, ἐπὶ παντὶ θεαρέστῳ λόγῳ καὶ πράγματι. Διὰ τοι τοῦτο καὶ τὸ συνοδικῶς ἐρωτηθὲν πρὸ μικροῦ, περὶ τοῦ εἰ χρὴ τὸν αὐτὸν καὶ ἕνα δυοὶ δισεξαδέλφαις συνάπτεσθαι, οὐκ ἠδύοκσησεν ὡς τι καινοπρεπὲς ὑπὲρ γωνίας πεσεῖν ἀτημέλητον· ἀλλ' ὡς σπουδαῖον καὶ χρησιμώτατον, εἰς κοινὴν πρόθετο κατεξέτασιν. Ἐπὶ οὖν ὁ παναγιώτατος νυμφίος αὐτῆς, καὶ τῶν κανονικῶν παραδόσεων μελεδωνὸς ἀγρυπνότητος, ἠθέλησε καὶ ἡμεῖς συμμεριτὰς γενέσθαι τοῦ ἀγαθοῦ, φαιμέν διτινὲς πλατεῖαν ὁδὸν καὶ ἀπρόσκοπον (ὡς φασὶν) ἠπλώσαν τῷ Δημητρίῳ τυχνῶν, τῷ χρηματίζαντι γαμέτῃ Μαρίας τινδς, δισεξαδέλφην ταύτης Θεοδώραν καλουμένην ἀρμόσασθαι. Καὶ ἐρωτώμενοι, πόθεν καὶ ἔπως τοῦτο προτρέπουσι, λέγουσιν εἰς ἔβδομον βαθμὸν κατανεῖν τὴν τοῦ συναλλάγματος ποιήσιν, διὰ τὴ πρόσωπα δύο, καὶ ἀκολούθως δύο βαθμοὺς καθίστασθαι τὸν Δημήτριον μετὰ Μαρίας, τῆς ἀποιοχομένης συζύγου αὐτοῦ, κἂν τῇ ὁμοιοῖα καὶ τῇ στοργῇ σὰρξ μία λογίζωνται. Ἡ γὰρ Μαρία, φασὶν, ἔκτον εἶχε μετὰ τῆς Θεοδώρας βαθμὸν, ὃ μὴν ὁ Δημήτριος, ὡς εἰς ἔβδομον πρόσωπον, καὶ βαθμὸν τοσαυτάρθμον ἀναγόμενος. Τὸ δὲ β' θέμα, τοῦ λβ' κεφαλαίου τοῦ ε' τίτλου τοῦ κη' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν, καὶ ὁ νδ' κανὼν τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ τοῦ μεγάλου πλάττου συστάσης ἀγίας καὶ οἰκουμένης συνόδου, μέχρι τοῦ ἔκτου βαθμοῦ τοῦ αὐτοῦ τὰ ἐξ ἀγχιστείας καὶ τὰ ἐξ αἵματος ἐξεστενοχώρησαν συναλλάγματα. Τὰ δὲ μετὰ τοῦτον, ἀδεῶς ἀπέλυσαν ἀναχώνυσθαι. Καὶ κἂν ἐξηγήθη προσφάτως τόμος συνοδικός, στηριχθεὶς καὶ προσταξεί βασιλικῇ, τοὺς ἐξ αἵματος ὄντας ἔβδομου βαθμοῦ μὴ συνάπτεσθαι, ἀλλὰ τοὺς ἐξ ἀγχιστείας οἰκείωσιν τοιοῦτόμετρον ἔχοντας, οὐκ ἐστενοχώρησε. Πολὺ γὰρ ἐστὶ τὸ διάφορον μέσον συγγενείας ἐξ αἵματος, καὶ συγγενικῆς ἀπῶς οἰκείωσης· καὶ λόγος μέγας μέσον τοῦτων ἐστήρικται, τοὺς μὴ συνάπτων, τοὺς δὲ διαιρῶν. Οἱ πλείους δὲ τούτων καὶ ἐπιχειρήματα συλλογιστικοῖς, καὶ διὰ τῆς εἰς τὸ ἀδύνατον ἀπ-

NOTÆ.

(65) Quod paragraphum nostri dicunt.

πρωτης τούς οικείους διήεν λόγους στηρίζουσι. Αέ- A γουσι γάρ, ως ει δοθείη γενέσθαι την Μαρίαν και τόν Δημήτριον ἐνδὲ βαθμοῦ μετὰ τήν συνάφειαν, πολλά συμπέσουσιν άτοπα· οίον, Δημήτριος γαμέτης της Μαρίας· καλούμενος, και γαμβρός του ταύτης πατρός, τούτου μὲν παῖς, ἐκείνης δὲ ἀδελφός μετονομασθήσεται, τῷ βαθμοῦ τῆ ταυτότητι· και οὕτω διατρέσθαι τὸ συνοικέσιον, εἰς ἀδελφομιξίαν περιελάμενον. Προστίθαισι δὲ κατά τούτο τὸ ἄτοπον και τὰ· ἐξ ἀδελφότητος διαδοχῆς, ἀλλήλων τε, και τῶν γονέων τούτων, και μέντοι και προσγενῶν, αὐτοὺς σφραγίσσασθαι. Ὡσαύτως και τὸ μὴ δύνασθαι τούς ἐπισημερεῖς ἀγχιστεῖς ἀλλήλους συνάπτεσθαι, καθὼς τῆ· ἀγχιστείας τὰ νόμιμα διορίζονται· ἀλλὰ κατά τούς γάμους τῶν ἐξ αἵματος προσγενῶν.

A plerique horum syllogisticis argumentis, et per abductionem ad impossibile, rationes suas fulciunt. Aiunt enim si concessum sit, Mariam et Demetrium post copulationem unius fieri gradus, absurda multa concursura: verbi gratia, quod Demetrius, qui Mariæ maritus esse perhibetur, et patris ejus gener, ejusdem quoque filius, et frater Mariæ, propter identitatem gradus, sit appellandus. Atque hoc modo dirimendum matrimonium, veluti quod ad concubitum fratris cum sorore tendat. Addunt huic absurdo eos etiam successiones ab intestato, tam ipsorum inter se, quam parentum, imo etiam propinquorum, sibi vindicare. Consimiliter ex una parte duntaxat affines inter se copulari non posse, quemadmodum affinitatis jura statuunt: sed idem B in his faciendum, quod in nuptiis sanguine propinquorum.

Και μὴν ἐν τῇ Ῥωμαικῇ συνήθειᾳ, και τῇ ἐκκλησιαστικῇ καταστάσει, φασί, τὸ ἐναντίον σημερον πολιτεύεται. Θεῖος γάρ και ἀνεψιός μετὰ θείας και ἀνεψιάς ἀκωλύτως συνάπτονται, ἔκτον ἐξ ἀγχιστείας και ταῦτα λαχόντες βαθμῶν, ὡς τοῦ τόμου τοῦ ἀγνωτάτου πατριάρχου Σισινίου τούς πρώτους ἐξαδέλφους κωλύσαντος· δυσὶν αὐταδέλφαις συνάπτεσθαι. Διενεῖστανται δὲ, μηδὲ ἀπρεπὲς τι, και τῶν ὀνομάτων συγχυτικὸν ὑποσύρεσθαι, ἐκ τοῦ τὸν αὐτὸν δυσὶ διασεξάδελφαις συνάπτεσθαι· ἐτι τότε φασί παρατηρεῖται τῶν ὀνομάτων ἀκρίβεια, και τὸ ἀσύγχυτον τούτων φυλάττεται, ὅτε δουλικῇ τύχῃ μειστεύει συγγένειαν· οὐ μὴν ὅταν ἐκ συναφείας ὁμοζύγων C τῶν νόμοις δεκτῆς, ὡς ἐκ βίβλης τινὲς πτόρθοι γεννηθῶσι κατάλληλοι. Εἰ γάρ δοθείη κἀν τούτοις συντηρεῖσθαι τῶν ὀνομάτων τὸ εὐπρεπὲς και ἀσύγχυτον, στενωχωρηθεῖη και τῶν τρισεξαδέλφων και ἐφεξῆς ἡ ἐκχωρητέα⁸⁸ συνάφεια· ἵνα μὴ κληθῶσιν οἱ ἐξ ἐκείνων φερόμενοι, ἀδελφοὶ και τατταρεξάδελφοι, ὅπερ οὐ δέδοκται. Καὶ αὐτοί, ταῦτα. Ἴμεῖς δὲ σκοπήσωμεν πρότερον, εἰ τοῖς νόμοις και τοῖς κανόσι δοκεῖ, δύο βαθμούς τούς ὁμοζύγους ψηφίζεσθαι, και διὰ τούτο συγχωρητέον εἶναι τὸ, περὶ οὗ ὁ λόγος, συνάλλαγμα. Εἰπωμεν οὖν, και πάλιν ἐκκορυφώσωμεν τὰ λεγόμενα.

Atqui dicunt, in consuetudine Romana, et statu ecclesiastico, contrarium hodie observatur. Patruus enim, et fratris filius, cum amita et fratris filia sine impedimento copulantur, qui gradum ex affinitate sextum obtinent: cum sanctissimi patriarchæ Sisinnii tomus consobrinos veterit cum duobus germanis sororibus jungi. Urgent præterea, nec inhonesti quidquam, vel quod nomina confundat, ex eo irrepere, quod idem duabus sobrinis copuletur. Tunc enim, inquirunt, accurata ratio nominum habetur, et eorumdem confusio cavetur, cum cognationi fortuna servilis intercedit: non cum ex copulatione conjugum legibus admissa, velut ex radice quadam, rami convenientes procreantur. Nam si datum fuerit etiam in his observari nominum honestatem, et declinationem confusio- nis, velut in arctum redigetur etiam ex sobrinis natorum, et ordine sequentium licita permittendaque conjunctio, ne videlicet contingat ex eis genitos appellari fratres simul, et prognatorum ex sobrinis filios, quod minime visum est. Et hæc quidem illi. Nos autem prius considerabimus, an leges atque canones censeant, conjuges pro duobus gradibus habendos, ac propterea permittendum contractum, quo de agitur. Disseramus igitur, et quasi repetamus ab ipso apice, quæ dicenda veniunt.

Φασί τινες τὴν φωνὴν τοῦ Κυρίου τὴν λέγουσαν, D Καὶ ἔσονται οἱ ὁμοζύγοι σὰρξ μία, μὴ ἐκλαμβάνεσθαι πρὸς ταυτότητα, ἀλλὰ πρὸς στοργὴν και ὁμόνοιαν. Εἰ γάρ μὴ οὕτως ἐκλήθη τὸ Κυριακὸν θεοπιδίωμα, ἀδελφοὶ κληθεῖεν οἱ συναφθέντες, και οὐχ ὁμοζύγοι· και ἐφεξῆς ἐπακολουθήσουσι κατὰ μυριθρίθια, τὴν ἀτοπίαν τοῦ ζητήματος μεγαλύνοντα. Ἀκουσάτωσαν οὖν, ὡς προτάσεις ψευδεῖς οὕτε διὰ συλλογισμῶν ἀλήθειαν συμπεραίνουσιν, οὕτε πρὸς τὸ ἀδύνατον ἀπαγόμεναι, τοῦ ὑποκειμένου τὴν φύσιν μετατιθέασιν· ἀλλ' ἐξ ὁμολογουμένων και ἀπλανῶν ἀνατέλλει της ἀληθείας ὁ ἥλιος. Εἰ γάρ τις εἴποι

Aiunt quidam vocem Domini, qua dicitur, Erunt conjuges una caro, non de identitate accipiendam, sed de amore ac consensu. Quippe ni sic oraculum Dominicum intellectum fuerit, copulati conjugio vocandi essent fratres ac sorores, non conjuges: ac deinceps quoque sequerentur infinita incommoda, quæstionis absurditatem majorem efficiencia. Audiant ergo, propositiones falsas neque per syllogismos veritatem concludere, neque si deducantur ad impossibile, subjecti naturam mutare: sed ex confessis et errore carentibus solem veritatis oriri. Nam verbi gratia, si quis dixerit,

VARIE LECTIONES.

⁸⁸ ἐκχωρητέα.

Omnis lapis anima præditus est: ac rursus ex altera parte, Omnis smaragdus est lapis: et concludat, Omnis ergo lapis smaragdus est anima præditus colliget, extremumque mendacium. Unde fit, ut qui dicit per matrimonii copulationem esse factam personarum confusionem, et conjugium esse transmutatum in fraternitatem, atque ita forte absurditatem concludit; compedem linguæ, non veritatem colligat. Quod cum ita sit, cumque post conjunctionem sexus uterque maneat integer, nemo tam sit audax, ut ipse conjuges appellet fratres, ad reprehensionem dicti divini, cujus verba sunt: Et conjuges ipsi non amplius erunt duo, sed unus. Quippe sicut oleaster propterea non dicitur oliva, quod ramus ejus in olivam translatus sit: sic neque patrem puellæ, socerum puellæ vocabimus, Quo sane stabilito per demonstrationem certam, et cui contradicere nequeat, nostra quidem opinione, neque vocari licebit alterutrum eorum ad successionem defuncti, vel alicujus ipsi sanguine propinquo (quo enim id pacto? cum possessiones accipiant illi, quibus lege deferuntur) neque reprehendi poterit, aut abominandum erit, si quis dicat, siisdem finibus circumscribi contracta et affinitate et ex cognatione matrimonia. Sic enim canonibus est statutum. Quod autem patris et fratris filius, cum amita et fratris filia copulenter, non est, ut aliqui perhibent, per consuetudinem non scriptam introductum, vel sine traditione per statum ecclesiasticum invecum: sed clarissimi principis, domini Alexii Comneni sacrum edictum, prolatum ad suggestionem Bardæ cujusdam, qui Xerus appellabatur, et receptum tam in reipublicæ, quam in ecclesiarum archiva et codices, ejusmodi nuptias liberas fecit, pro ea potestate, quæ conlitis est imperatoribus data. Non igitur accuratus Ecclesiæ status calumniandus est. Nam matrimonia ex affinitate, ad sextum usque gradum et coarctabat semper, et adhuc constringit sicut etiam matrimonia ex cognatione: in quo tam legum, quam canonum statuta sequitur, et tomum illius sanctissimi patriarchæ, domini Sisinnii. Quod enim ad ejus eversorem ab imperatoria sacra majestate promulgatum fuit, ut in ejectum deduceretur, justus ille iudex minime voluit: quemadmodum norunt initiati, nec in errore versantur.

Atqui, subjicit adversarius, ne id quidem, quod confusio et dedecus nomen introducat, ob graduum necessitudinem, quominus primæ conjugis suæ sobrinam ducat Demetrius, impediet. Hoc enim illis etiam sanguine propinquis usuvenit, cum inter se copulantur, qui vel octavo se gradu contingunt, dum conjuges absque pudore vocamus, quos natura sobrinorum filios agnoscit, eorumque liberos pro fratribus ducimus, cum a natura sint prognatorum ex sobrinis filii. Cur ergo novum et insolens sit, idem hoc etiam in præsentis questione dici atque fieri? Sed audiant, qui hæc ita colligunt, quod, quemadmodum ea,

τυχόν, Πᾶς λίθος ἐμφυχός ἐστι, καὶ ἐτέρωθεν, Πᾶσα σμάραγδος λίθος ἐστὶ· καὶ συμπαραναί, Πᾶς ἄρα λίθος σμάραγδος ἐμφυχός ἐστι,..... φιν συναγάγη, καὶ ψεύδος ἔσχατον. Ὅθεν καὶ ὁ λέγων γενέσθαι διὰ τῆς συναφείας τῶν ὀπιστάσεων τὴν σύγχυσιν, καὶ τὴν ὁμοζυγίαν μεταστοιχειωθῆναι πρὸς ἀδελφότητα, καὶ οὕτω συμπαραίνων τάχα τὸ ἔσπονον, γλωσσοπέδη συνήγαγεν, οὐκ ἀλήθειαν. Τούτου δὲ οὕτως ἔχοντος, καὶ τῶν γενῶν σωζομένων ἑκατέρων μετὰ τὴν ἔνωσιν, μὴ ταλμητέον ἀδελφοὺς τοὺς ὁμοζύγους εἶπαι εἰς ἐπιστοιμισμὸν τοῦ ῥήματος τοῦ Θεοῦ, τοῦ εἰπόντος· Καὶ οὐκ εἰσονται οἱ ὁμοζύγους δύο, ἀλλὰ εἰς. Ὡς γὰρ οὐ λέγεται τὸ ἀγριελαῖον καλλιελαῖον, οὕτως οὐδὲ πατέρα τῆς κόρης τὸν ταύτης εἰποιμεν πατέρα. Τούτου δὲ στηριχθέντος ἐξ ἀναντιβρήτου καὶ ἀσφαλοῦς ἀποδείξεως, ὡς οἴομαθα, οὐτὶ τὸ καλεῖσθαι θάτερον ἐξ αὐτῶν εἰς τὴν κληρονομίαν τοῦ τελευτήσαντος, ἢ τινὸς τῶν ἐξ αἵματος αὐτοῦ προσγενῶν παρῆρησιασθήσεται (πῶς γάρ; προσλαμβανόντων τῶν κτησαμένων ἐκ νόμου τὰς διακατοχὰς), οὕτως μεμπέτιον ἔσται καὶ ἀποτρόπαιον τὸ λέγειν, τοῖς αὐτοῖς ὄροις συστῆλθεσθαι τὰ ἐξ ἀγχιστείας καὶ τὰ ἐξ αἵματος συναλλάγματα. Οὕτω γὰρ κεκαυόνισται. Τὸ δὲ συνάπτεσθαι θεῖον καὶ ἀνεψιδὸν μετὰ θείας καὶ ἀνεψίδας, οὐκ ἔστιν (ὡς τινες λέγουσι) συνηθείας ἀγράφου παγκράτιον, ἢ καὶ ἀπαράδοτου ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως τροπαιοῦχημα· ἀλλὰ πρόσταξις θεῖα τοῦ αὐτίμου βασιλέως, κυροῦ Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ, ἐξενεχθεῖσα ἐπὶ ὑπομνήσει Βάρδα τινὸς λεγομένου Ξηροῦ, καὶ ἐπιγνωσθεῖσα τοῖς δημοσιακοῖς καὶ ἐκκλησιαστικοῖς ἀρχείοις καὶ κώδιξι, τὸν τοιοῦτον γάμον ἀπέλυσε κατὰ τὴν δεδομένην τοῖς βασιλεῦσιν ἀνωθεν κυριότητα· μὴ τοίνυν συκοφαντητέον τὴν ἀκριθεῖ τῆς Ἐκκλησίας κατάστασιν. Τὰ γὰρ ἐξ ἀγχιστείας συναλλάγματα, μέχρι τοῦ ἔκτου βαθμοῦ καὶ αὐτοῦ, καὶ ἔστενοχώρει πάντοτε, καὶ στενοχώρει, καθὼς που καὶ τὰ ἐξ αἵματος, ἐπομένῃ νομικῶς καὶ κανονικῶς διατάγμασι, καὶ τῷ τόμῳ τοῦ ἀγιοτάτου ἐκείνου πατριάρχου, κυροῦ Σισινίου. Τὸ γὰρ ἐπ' ἀνατροπῆ τοῦτου διορισθῆναι παρὰ βασιλικῆς θείας μεγαλειότητος, εἰς ἔργον ἔλθειν ὁ δικαίως κριτὴς οὐκ ἠδύδχησεν, ὡς οἶδασιν οἱ μεμπημένοι, καὶ οὐ παπλάνηται.

Ναί, φησὶν, ἀλλ' οὐδὲ τὸ σύγχυσιν καὶ ἀπρέπειαν ὀνομάτων εἰσάγεσθαι διὰ τὴν τῶν βαθμῶν ἰδιότητα, ἐμποδίσαι λαβεῖν τὸν Δημήτριον τὴν δισεξαδέλφην τῆς προτέρας αὐτοῦ γυναικός. Τοῦτο γὰρ καὶ εἰς τοὺς συναπτομένους ἐξ αἵματος συγγενεῖς καὶ ὀγδοῦ ὄντας βαθμοῦ θριαμβεύεται, δι' ὧν ὁμοζύγους ἀνευρυριάτως κατονομάζομεν, οὐδ' ἢ φύσις τριαξ-ἀδελφοὺς ἐγνώρισε, καὶ τοὺς παῖδας αὐτῶν ὡς ἀδελφοὺς περιέποιμεν, τετταρεξαδέλφους ὄντας ἐκ φύσεως. Τί γοῦν ἐστὶ καινὸν κἀν τῷ παρόντι ζητήματι λαλεῖσθαι τοῦτο καὶ γίνεσθαι; Ἄλλ' ἀκουσάτωσαν οἱ ταῦτα συνειρόντες, ὅτι καθὼς τὰ Γαβιέρων ἐντὸς διακείμενα, καὶ ἀκριθολογούντα καὶ ἀπογράφοντα,

τὰ δὲ πέρα Γαδεῖρων οὐ πέρατά εἰσι· οὕτω τὰ Α μὲν ἐντὸς τοῦ ἔκτου βαθμοῦ γινόμενα συναλλάγματα, καὶ διὰ τὸ φύσει δίκαιον καὶ εὐπρεπὲς κατακρίνονται· τὰ δὲ ἐκτὸς αὐτῶν μεταωριζόμενα, οὐδὲ κατασπῶνται, οὐδὲ κουφίζονται, ἀνευ μόνου τοῦ ἐξ αἵματος ἐβδόμου βαθμοῦ.

Τοῦτον γὰρ βασιλικὸς ὁρισμὸς καὶ τόμος συνοδικῶς τοῖς τοῦ ἔκτου βαθμοῦ συναλλάγμασι συνεξίσωσαν. Ἐπεὶ οὖν ἱκανῶς διαλάβομεν τὰ τισὶ δικαιολογούμενα περὶ τοῦ εἰς ἓνα βαθμὸν τοὺς ὁμοζύγους ἀνάγεσθαι, εἴτε καὶ μὴ· Φέρε καὶ τὸ ἡμῖν παριστάμενον χάριν τοῦ τοιοῦτου ζητήματος, ἐκπομεν. Οἱ νενομοθετηκότες περὶ κεκωλυμένων γάμων διδάσκοντες ἐν βιβλίῳ κη', τίτλω ε', εἰς δύο διαιροῦσι τοὺς συγγενεῖς· εἰς ἀνιόντας καὶ κατιόντας, παῖδας θηλασθῆ καὶ γονεῖς, καὶ εἰς τοὺς ἐκ πλαγίου, ἀδελφούς φημι καὶ λοιποὺς ἐξ αἵματος προσγενεῖς. Καὶ τῶν μὲν ἀνιόντων καὶ κατιόντων, κἂν γνήσιοι ᾖσι, κἂν φυσικοὶ, κἂν θετοὶ, τοὺς γάμους κωλύουσιν εἰς ἀπέραντον. Τῶν δὲ ἐξ αἵματος, μέχρις ἔκτου βαθμοῦ. Μετὰ μέντοι τὸ τεχνολογήσαι τὰ περὶ τούτων, καὶ εἰς ἕψιν προθέσθαι τὴν τῶν βαθμῶν βαθεῖαν καὶ δυσδιεξίτητον ὑπουλόγητα (δυσχερεστάτη γὰρ φησι, καὶ οὐκ εὐκατάληπτος ἢ ἐκ πλαγίου τῶν βαθμῶν ἔστιν εὐρεσι-) προστιθέασι καὶ ταῦτα βητικῶς· Εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι γάμοι, οὐ διὰ θεσμῶν συγγενείας, διὰ δὲ ἀγχιστείας μὴ προβαίνοντες. Ἀγχιστεία δὲ ἔστιν οἰκειότης προσώπων ἐκ γάμων ἡμῖν συνημμένων, συγγενείας ἔκτός. Οἷον οὖν οἰκειοῦνται βαθμῶν οἱ ὁμοζύγοι μετὰ τὴν συνάφειαν, καθαρῶς μὲν οὐ διδάσκουσιν· ἐπάγουσι δὲ, μὴ δύνασθαι τινα πρὸς γάμον λαβεῖν τὴν οἰκίαν νόμφην ἢ προγονήν. Ἄλλ' οὐδὲ τὴν μητρειάν, ἢ τὴν πενθεράν, ἢ ἐπειδὴ μητέρων τάξιν ἐπέχουσι. Σκοπητέον τοίνυν πρὸ πάντων τὸ περὶ τῶν βαθμῶν. Οὕτω γὰρ ἐξομαλισθεῖη τὸ τοῦ ζητήματος ἀναντες.

Οἱ τῆς συγγενείας βαθμοὶ, ἐκ τῶν βαθμίδων τῆς κλίμακος ὠνομάσθησαν. Ὡς γὰρ ἐκείναι λαμβάνουσαι καταρχὴν ἐξ ἐπιπέδου τινός, καὶ εἰς τὰ πρόσω προβαίνουσαι, τὴν κἀθόδον ἢ τὴν ἀνοδὸν συμπεραίνουσιν, οὕτω καὶ οἱ βαθμοὶ, ὡς ἐκ ρίζης ὁμοφυεῖς κλάδοι τοῦ πρώτου γεννήτορος προϊόμενοι, τὴν συγγένειαν καταρτίζουσιν. Ἴδωμεν οὖν, ποία ρίζα καὶ καταρχὴ μεσιτεύει τὸν ἀνδρα μετὰ τῆς γυναικός, ὥστε πρὸς ταύτην ἀναδραμεῖν, καὶ ἐξ αὐτῆς ὡς διὰ βαθμίδος πρὸς τούτους ἔλθειν. Πάντως οὐδεμία. Οὐδὲ γὰρ δύναται τις εἰπεῖν, Ὁ Πέτρος ἐγγένησε τὸν Δημήτριον. Ὁ αὐτὸς καὶ τὴν Μαρίαν ἀπέτεκεν. Ὡστε τούτους δύο βαθμῶν ἔχειν συγγένειαν. Προφανὲς γὰρ ψευδὲς ἔστι. Πολλῶν δὲ πλέον οὐκ εἰποῖ τις ὑποστάσεις διττάς, ἐνὸς εἶναι βαθμοῦ. Δύο γὰρ γεννήσεις τούτους παρήγαγον. Οἱ γοῦν λέγοντες

VARIÆ LECTIONES.

* Vide octogam Basilicorum; vide tit. de Gradibus cognationis, d. lib. Basilicorum. Ὡς δὲ tit. de prohib. nupt. d. lib. Basill.

quæ eis Gades sita sunt, accurate sciri ac describi possunt, cum quæ ultra Gades sunt posita, penetrari nequeant: sic etiam matrimonia, quæ intra sextum gradum contrahuntur, vel ipsa ratione naturalis æquitatis et honesti damnentur: quæ autem extra gradus hosce suspenduntur, nec dirimantur, nec releventur, excepto solo ex sanguinis conjunctione septimo gradu.

Nam illum tam imperatoria sanctio, quam tomus synodalis, sexti gradus matrimonii exæquavit. Et quando jam satis disseruimus de iis, quæ nonnulli hac in quæstione allegant, sintne conjuges ad unum referendi gradum, necne: age proferamus etiam id, quod de quæstione proposita nobis ad animum accidit. Jurisconsulti, qui de nuptiis prohibitis docent libro Basilicorum xxviii, titulo v, bifariam cognatos dividunt: ascendentes et descendentes, liberos scilicet ac parentes; et in eos, qui sunt ex transverso, fratres inquam, et reliquos sanguine propinquos. Et ascendentiū quidem ac descendentiū, sive legitimi sint, sive naturales, sive adoptivi, nuptias prohibent in infinitum: eorum vero, qui sanguine propinqui sunt, ad sextum usque gradum. Postquam ista subtiliter exposuerunt, et oculis subjecerunt graduum profundam et penetratū difficilens obscuritatem (impeditissima namque ut ipsorum verbis utar nec perceptu facilis est in iis, qui sunt ex transverso graduum inventio), disertis verbis hæc etiam adjiciunt: Sunt et aliæ nuptiæ, non illæ quidem propter jus cognationis, sed propter affinitatem non procedentes. Affinitas autem est necessitudo quædam personarum, per nuptias nobis conjunctarum, citra cognationem. Ergo quem sibi gradum post initum matrimonium vindicent conjuges, pure illi quidem non docent: subjungunt tamen, aliquem nurrum suam, vel privignam, uxorem ducere non posse. Nec item novercam, vel socrum: quoniam matrum loco sunt. Consideranda igitur ante omnia graduum ratio. Sic enim exæquari poterit ipsa quæstionis velut acclivis inæqualitas.

Gradus cognationis dicti sunt a similitudine graduum alicujus scalæ. Nam sicut illæ principium sursum ad planitiem, sursumque tendentes, ad descendendum vel ascendendum nobis serviunt: sic et hi gradus, velut ejusdem naturæ rami ex radice, primo scilicet parente procedentes, cognationem perficiunt. Videamus ergo, quænam radix ac principium inter virum et uxorem sic intercedat, ut ad eam sit recurrendum, et ab ea ceu gradu quodam ad ipsos veniendum. Nulla prorsus existit. Non enim dicere quispiam potest, Petrus genuit Demetrium. Idem et Mariam procreavit: quo fit, ut hi duorum graduum cognatione juncti sint. Hoc enim manifestissimum uendacium est. Multo magis cavebit aliquis, ne dicat, duas personas unius esse gradus. Quippe duæ generationes eos producerunt.

Nimiram qui dicunt, conjuges inter se vel unius, vel secundi esse gradus, quique per gradus eos ita librant, uti solent res illæ, quæ pondere, vel mensura, vel numero constant; similes sunt interrogantibus, quotuplex istud pavementum lapis ambiat, et respondentibus, duplex. Quippe cingitur a lapide prasini coloris, et ligno cedrino circumdatur. Quamobrem apte dicimus, nec ad duorum graduum necessitudinem referri conjuges (quo enim id pacto? cum eamdem radicem et generationem non habeant, ac ea causa naturaliter non dividantur): nec etiam unius et ejusdem esse gradus, propter unionem carnalem, ut instar mulsi commisceantur, (qua enim id fieri ratione possit, cum personæ maneat integræ?) sed propter divinam ac salutarem vocem Domini, et Dei, et servatoris nostri Jesu Christi, qui dixit ad discipulos ipsam interrogantis, liceretne homini divertere ab uxore sua, disertis verbis hæc subjungendo: Non legistis, eum qui ab initio rescondidit, marem et feminam ipsos fecisse: qua de causa relinquet homo patrem suum et matrem, et agglutinabitur uxori suæ. Et erunt hi duo in carnem unam. Quare non amplius duo sunt sed una caro: propter hanc ergo vocem credere nos et confiteri, unum propemodum unaminem hominem, qui duabus in personis cernitur, pro conjugibus matrimonii causa haberi. Sed enim permittendam, ut rivus orationis etiam ad aliud quiddam opportune currat.

Unigeniti Filii Dei incomprehensibilis erga nos demissio, et pignus salutis humani generis, cum ex aliis multis mysteriis magnificatur, tum etiam non parum glorificatur ex benedictione nuptiali. Quippe cum obnoxia peccato conjunctio in universam hominum massam fuisset dedita post draconis invidiam, et mandati divini transgressionem, jamque malum illud ad alia mala majora processisset; curæ benigno Deo fuit regeneratio nostra et instauratio. Itaque cum unigenitus Dei Filius homo factus fuisset instar nostrum, propter nos, et omnem aliam administrationem impleret, uti nos beatitudinem pristinam recuperamus: etiam nuptiis in Cana Galilææ celebratis benedixit, et aquam desperationis in vinum veræ Dei cognitionis mutavit; certiores per hoc reddens homines, quod feminæ non amplius in doloribus liberos pariant, nec qui procreantur ex copulatione matrimoniali amplius pristino more dicant, in peccatis concepit me mater mea: sed Dei præcepta servantes, quemadmodum primus ille parens noster ea servavit ante transgressionem, eundem honorem et gloriam consequantur, qua fuerint ornatu primi parentes ante inobedientiam.

Honorabile namque matrimonium est, et lectus impollutus, qui salutem largitur. Quæ cum ita sint, et cum tabulæ divinitus scriptæ dicant, Non ingredieris ad quemvis necessarium carnis tuæ, ut reveles pudorem ejus: cum primus ille parens noster alibi responderit, Jam magis uxor inca est

Α είναι τούς συζύγους ἐνδὲς ἢ δευτέρου βαθμοῦ, καὶ ζυγοστατούντας διὰ βαθμίδων αὐτοῦς, κατὰ τὰ σταθμώμενα, ἢ μετρούμενα, ἢ ἀριθμούμενα, ἰσὶ καὶ τοῖς ἐρωτωμένοις, πόσος ἀμπόσχει τὸδε τὸ δάπεδον μάρμαρος; καὶ ἀποκρινομένοις, διττόν. Αἰθεὶς γὰρ πρᾶσιζων αὐτὸ περιζώνουσι, καὶ ξύλον κέδρινον ἀμφιένουσιν. Ἄραρε τοῖνον λέγειν ἡμᾶς, μήτε πρὸς δύο βαθμῶν οικειότητα τοὺς ὁμοζύγους ἀνάγεσθαι, (πῶς γὰρ, οἱ μὴ τὴν αὐτὴν ἐσχηκότες ῥίζαν καὶ γέννησιν, καὶ διὰ τοῦτο μὴδὲ φυσικῶς διαιρούμενοι;) μήτ' οὖν ἐνδὲς γενέσθαι βαθμοῦ, διὰ τὴν ἑνσαρκίαν ἕνωσιν, καὶ συγχυθῆναι κατὰ μαλκκρατον. Πῶς γὰρ; Σωζομένων ἀδιαπτῶτων τῶν ὑποστάσεων; Διὰ δὲ τὴν θέλαν καὶ σωτηριώδη φωνὴν τοῦ Κυρίου, καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ εἰπόντος πρὸς τοὺς ἐρωτησάντας αὐτὸν μαθητάς, εἰ ἔξεστιν ἀνθρώπων ἀπολύσαι τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἐπαγαγόντος ταῦτα ῥητῶς· Οὐκ ἀνέγνωτε, ὅτι ὁ ποιήσας ἀπαρχῆς, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς· καὶ ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται τῇ γυναίκα αὐτοῦ· καὶ ἕσονται οἱ δύο εἰς σὰρκα μίαν· ὥστε οὐκέτι εἰσὶ δύο, ἀλλὰ σὰρξ μία· πιστεύειν ἡμᾶς, καὶ ὁμολογεῖν, ἕνα σχεδὸν ὁμόψυχον ἄνθρωπον ἐν δυοῖς θεωρούμενον ὑποστάσεσιν, ὁμοζύγους διὰ τὸν γάμον λογίζεσθαι. Ἄλλὰ δοτεῖον ἀνεδραμεῖν τοῦ λόγου τὸν ῥύακα καὶ πρὸς ἕτερον καιρίον.

Κ Ἡ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ πρὸς ἡμᾶς ἀκατάληπτος συγκατάθεσις, καὶ τὸ τῆς σωτηρίας τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων ἐχέγγυον, μεγαλύνεται μὲν καὶ ἐξ ἄλλων μυστηρίων πολλῶν, εὐχ ἦτοιν δὲ καὶ ἐκ τῆς γαμικῆς ἱερολογίας δοξάζεται. Τῆς γὰρ ἀμαρτηρικῆς συναφείας διαδοθείσης εἰς ἅπαν τῶν ἀνθρώπων τὸ φύραμα, μετὰ τὸν φθόνον τοῦ δράκοντος, καὶ τῆς ἐντολῆς τοῦ Θεοῦ τὴν παράθεσιν, καὶ τοῦ κακοῦ πρὸς ἕτερα κακὰ προχωρήσαντος μετίζονα, ἐμέλησε τῷ φιλανθρώπῳ Θεῷ τῆς ἡμῶν παλιγγενεσίας καὶ ἀναπαλάσεως. Γεγονῶς τοῖνον ἄνθρωπος καθ' ἡμᾶς, δι' ἡμᾶς ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ πᾶσαν ἄλλην πληρώσας οικονομίαν, ἵνα ἡμεῖς τὴν ἀρχαίαν μακαριότητα λάβωμεν, καὶ τὸν ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας γάμον ἠύλογησε, καὶ τὸ ὕδωρ τῆς ἀπογνώσεως εἰς οἶνον ἀληθοῦς θεογνωσίας μετέβαλεν· ἐντεῦθεν πληροφόρων τὸ ἀνθρώπινον, ὡς οὐκέτι γυναῖκες ἐν λύπαις τέκνα γεννήσουσιν, οὐδὲ ἐκ γαμικῆς συναφείας τικτόμενοι, κατὰ τὸ πρότερον εἰποιεν, Ἐν ἀμαρταιῶν ἐκίσεσθε με ἢ μήτηρ μου· ἀλλὰ τηρήσαντες τὰς ἐντολάς τοῦ Θεοῦ, καθὼς ὁ προπάτωρ αὐτὸς ἐτήρησε πρὸ τῆς παραβάσεως, τῆς αὐτῆς τιμῆς καὶ δόξης ἀξιοθήσονται, οἷας πρὸ τῆς παρακοῆς οἱ προπάτορες.

Τίμιος γὰρ ὁ γάμος, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος, σωτηρίαν φιλοτιμούμενος. Τούτων οὕτως ἐχόντων, καὶ τῶν θεογράφων πλακῶν λεγουσῶν· Οὐκ εἰσελεύσῃ πρὸς πάντα οἰκίον σαρκὸς σου ἀποκαλύψαι αἰσχύνην αὐτοῦ· καὶ τοῦ προπάτορος ἀποκρινομένου ἐτέρωθεν. Νῦν καὶ μάλλον ἢ γυνή μου ὁστοῦν ἐκ τῶν

ὄσων μου ἐστὶ καὶ σὰρξ ἐξ τῆς σαρκὸς μου· οὐ
 τολμῶ τοὺς ὁμοζύγους εἰπεῖν ἄλλης καὶ ἄλλης εἶναι
 σαρκὸς, κἂν ἐν δυσὶν ὑποστάσειν αὐτοὺς θεωρῶ·
 ἵνα μὴ δικαίως κατακριθῶ κατὰ τοὺς ἀθετοῦντας
 ἑγγράφους καὶ ἀγράφους παραδόσεις, τῶν ἁγίων
 Ἐκκλησιῶν καὶ τῆς σωτηρίας ἡμῶν τὸ ἐχέγγυον.
 Διαγινώσκω δὲ μᾶλλον μίαν σάρκα τούτους λογίζε-
 σθαι, καὶ τοῖς αὐτοῖς στενοχωρεῖσθαι τὸν ἄνδρα νο-
 μικοῦ καὶ κανονικοῦ παραγγέλμασιν, ὅσον τέως εἰς
 συνάφειαν γαμικὴν, οἷς καὶ ἡ τοῦτου στενοχωρεῖται
 ὁμοζύγος· ὡπερ καὶ τὸ ἀνάκαλιν. Καὶ διὰ τοῦτο
 μὴ δύνασθαι τὸν Δημήτριον εἰς γυναῖκα τὴν Θεο-
 δώραν λαβεῖν, λογιζομένην δισεξαδέλφην αὐτοῦ,
 διὰ τὴν μετὰ τῆς Μαρίας γαμικὴν τοῦτου συνάφειαν.
 Ἀποδέχομαι δὲ καὶ τοὺς κωλύοντας τὸ τοιοῦτον
 γαμικὸν τοῦ Δημητρίου συνάλλαγμα διὰ τοὺς νόμους
 τοὺς λέγοντας, ἐν τοῖς γάμοις οὐ μόνον τὸ ἐφειμένον,
 ἀλλὰ καὶ τὸ εὐπρεπὲς ζητητέον· κατανοῶν ἀπρε-
 πίστατον εἶναι, τὸν μέχρι τοῦ νῦν γαμβρὸν παρὰ
 τῆς δισεξαδέλφης λαγόμενον, ὁμοζύγον αὐτῆς ὀνο-
 μάζεσθαι. Ὅτι δὲ χρώμενοι ῥήμασι τινεσὶ τοῦ κατὰ
 τὴν λ' τοῦ Ἰουλλίου μηνός, τῆς ιβ' ἐπινεμήσεως, συν-
 οδικοῦ σημειώματος, τοῦ μὲν ἀγιωτάτου κυροῦ Θεο-
 δοσίου πατριάρχου ὁφύοντος, ἡμῶν δὲ τοῦ χαρτοφύλακος
 ἐνεργούντων ὁφίκιον, καὶ περὶ τὸ τέλος ταῦτα
 διεξιούσιν. Ἐπεὶ γὰρ ἡ μετὰ Ἰωάννου τελεσθεῖσα
 μνηστεία ὡς ἀνυπόστατος λέλυται, διὰ τὴν τῆς
 Εἰρήνης ἀνηθόσητα, καλῶς ἡ Εἰρήνη δευτέρῳ
 δεξαδέλφῳ αὐτοῦ κατὰ νόμον γάμον συξυχθί-
 σεται. Οὐτε γὰρ συγγενικὸν πρόσωπον τὴν Εἰ-
 ρήνην λογίζεται, ὁ Θεόδωρος, οὔτε τοῖς δεξιοῦ
 στείας δεσμοῖς καὶ δροῖς συσφίγγεται, διὰ τὸ
 ὑπερβῆναι τὸν δεξιοῦ στείας ἕκτον βαθμόν.

Θέλουσιν ἡμᾶς σιωπῆν, ἄρτι τάναντία διαγινώ-
 σκοντες· πρῶτον μὲν λέγομεν, ὡς ὁ κατὰ καιροῦς
 χαρτοφύλαξ στόμα πατριαρχικὸν λογιζόμενος, ἐκεῖνα
 λέγει καὶ γράφει, ὅσα νεφελώσει καὶ ὕδατώσει τῆς
 κεφαλῆς ἢ ἀκρόρεια. Οὐκοῦν οὐδὲ αἰτιατέους ἢ ἐπαι-
 νητέους λογίεται τὶς ἡμᾶς καλλιγραφῆσαντας ἴσως
 τὴν προὔσαν ὑπόθεσιν, ἢ τὸναντίον κακογραφῆ-
 σαντας. Κατὰ γὰρ τὸν Βαροῦχ ὑπεγραμματούσαμεν
 ὅσα θρηνῶν Ἰερραμίας ἐθρήνησε· καὶ κατὰ τὸν
 Ἀαρὼν ἐλαλήσαμεν, ὅσα λαλῶν ἐλάλησε Μωσῆς.
 Ὅπερ δὲ καὶ τότε τὴν μικρόνοιαν ἡμῶν ἐθεράπευσε
 χάριν τοῦ τοιοῦτου ζητήματος, ἐγράφη παρ' ἡμῶν
 ἐν τῷ β' κεφαλαίῳ, τοῦ ιγ' τίτλου τοῦ νομοκανόνου.
 Εἴπομεν γὰρ τὸ τοιοῦτον κεφάλαιον ἐρμηνεύοντες, ὡς
 καὶ βασιλικὸν ἐκώλυσε πρόσταγμα τὸ ζητούμενον συ-
 νοικέσιον, κἂν καταστροφῆναι οὐκ ἔφθασε, καὶ ἡ Ἐκ-
 κλησία τὴν τοῦτου ποιῆσιν οὐκ ἀνέχεται. Εἰτά φαμεν,
 ὡς σημειωμάτων προκομιζομένων ταλαιγενῶν, καὶ
 διὰ ἡ γραμμάτων ὁμοίων ἐκκλησιαστικῶν, διυλιζόν-
 των καὶ αὐτὸν τὸν φαλύστατον κώνωπα τοῦ τοιοῦτου
 ζητήματος, καὶ ἀποκαλούντων τοῦτο παρανομώτατον,

As ex ossibus meis, et caro ex carne mea : equidem
 dicere non audeo, conjuges alterius et alterius esse
 carnis, licet eos in duabus personis video : ne meritis
 condemner illorum more, qui scriptas et non
 scriptas traditiones reprobant, quæ sanctorum
 Ecclesiarum et salutis nostræ pignus sunt. Im-
 potius statuo, pro una carne ducendos, et iisdem
 constringi maritum legalibus et canonicis præceptis,
 quantum scilicet copulationem matrimonialem atti-
 net, quibus et conjux ejus includitur : idemque
 vice versa locum habere. Atque hac de causa non
 posse Demetrium in uxorem ducere Theodoram,
 quæ pro sobrina ejus habetur, propter matrimo-
 nialem ipsius cum Maria conjunctionem. Assentior
 etiam iis, qui matrimonialem ejusmodi contractum
 Demetrit prohibent legum ratione (66) quarum
 verba sunt : In nuptiis non solum quid permisum
 sit, sed etiam quid honestum, considerandum est :
 dum animadverto, inhonestissimum esse, ut qui
 hactenus a sobrina vocatus fuerit affinis, postea
 conjux ejus appelletur. Et quia nonnulli utentes
 verbis scripti synodalis, publicati die xxx mensis
 Julii, indictione duodecima, cum esset patriarcha
 sanctissimus ille dominus Theodosius, et nos officio
 chartularii fungeremur, quo in scripto circa finem
 hæc verba leguntur : Cum enim celebrata cum Joanne
 sponsalia, seu minime constantia, solvantur, pro-
 pter ætatem Irenæ impuberem : recte Irenæ sobrino
 ipsius lege matrimoniali copulabitur. Quippe nec pro
 persona cognata Theodorus Irenam ducit, nec affini-
 tatis vinculis atque legibus constringitur propterea
 quod sextum ex affinitate gradum excedat.

His ergo verbis utentes, tacere nos volunt, qui
 jam contraria statuimus : primum respondemus,
 cujusque temporis chartularium, qui os patriarchæ
 esse ducitur, ea tum dicere, tum scribere, quæ
 capitis ipsi vertex instar nubis et aquæ suppeditat.
 Ideoque nec culpandos, nec laudandos nos putabit
 quispiam, qui vel recte præsentem causam, vel e
 contrario male litteris complexi simus. Nam more
 Baruchi, scribæ munere functi notavimus quæcum-
 que lamentando Hieremias lamentatus est : et Aa-
 ronis in ore prolocuti sumus, quæcumque loquendo
 locutus est Moses. Quod autem intellectus nostri
 tenuitati tunc remedio fuit in hac quæstione, per-
 scriptum a nobis est in capite secundo tituli XIII
 Nomocanoni. Quippe caput illud interpretantes
 diximus, etiam edicto imperatorio prohibitum esse
 matrimonium, quo de agitur, licet in acta relatum
 non fuerit, et Ecclesia promulgationem ejus non
 sustineat. Deinde subjicimus, quod cum notationes
 prisæ proferuntur, et consimilia scripta ecclesias-
 tica, pravissimum et ipsa culicem quæstionis hu-

VARIÆ LECTIONES.

⁶⁶ διαγραμμάτων.

NOTÆ.

(66) *Semper. D. De reg. jur. Et l. 42. D. De rit. nupt.*

jus percolantia, et iniquissimam hanc appellantis; A nemo sane, qui ad evidentem rationem non conuincat, illa quidem velut abolita damnabit, praesertim cum nec sublata sint disertis verbis a praesenti synodali scripto; quae autem hoc continentur, canonis et legalibus doctrinis exaequabit. Itaque respiciens in auctorem et consummatorem fidei nostrae, Dominum ac Deum nostrum Jesum Christum, rursus aio: quod cum magnus ille Paulus dicat, *Mulier corporis sui potestatem non habet, sed maritus: ac similiter maritus potestatem corporis sui non habet, sed uxor*: Itidemque cum sacri canones et tomi cum vidua matrimonio copulatum pro digamo habentes, ad gradum aliquem ecclesiasticum pervenire non sinant: ac ne defuncti quidem sacerdotis conjugem ad secundas transire nuptias permittant, idque omnino propter identitatem corporum ipsorum, quemadmodum manifesto liquet ex xxxi et xxxii capite tituli primi libri III Basilicorum, et xliii canone sancti Basilii, cujus in fine dicitur, Nos diaconae corpus, veluti quae consecrata fuerit, non amplius in usu carnali esse permittimus: aequidem judico canonicum et legitimum esse, ut auctoritate prohibeatur ecclesiastica, quominus unus et idem duobus sobrinis copuletur, ac vice versa: sique clam ejusmodi quid factum fuerit, de industria dirimatur, et interveniente poena corrigatur.

EJUSDEM

Epistola de incensia, quae a patriarcha dari solent eo die quo catechesis habetur.

Tu quidem, charissime fili, gloriosissime iudex, et praefecte judiciorum, cum Davide psallens: Interroga patrem tuum, ac dicet tibi; seniores te, ac renuntiabunt tibi; recte cognoscere cupivisti ex nobis, qua de causa dari populo soleant a cujusque temporis sanctissimis patriarchis incensae, post habitam catechesin. Ego vero faces afflictionis hauriens in exsilio, cunctabar bactenus in respondendo. Sed quoniam cuiusque potentis, et semper quidem, tam lingua, quam manu dare debere didici, haec ad interrogationem ex tempore respondeo.

Celsissimam sacrarum imperatorum circumspeditionem, et patriarcharum amplitudinem, inter alia reddebant olim augustiorem etiam annuum rogae, ac balorum largitiones. Quippe sedebant annis singulis cujusque temporis patriarchae ac imperatores, et per haec subditos ad benevolentiam invitabant. Novit hoc patrum conscriptorum amplissimus ordo, ac fortassis etiam nonnulli, qui hac aetate nostra vivunt. Non enim ante tempora Euclidis prodita sunt gerris, nec somniantium vetularum fabellae sunt: sed usque ad imperium domini Constantini Ducis duravit augustus ille mos tam in ipsius Dei, quam imperatorum regia, et omnino bonum hoc ad nos quoque propagatum fuit, a majoribus ad nepotes, a generatione ad

οὐδεις μὴ σκαρδαμύττων πρὸς τὴν ἐνέργειαν, ἐκεῖνον μὲν καταψήφιαται σχολῆν, καὶ ταῦτα μὴδὲ ἀναιρεθέντων βητέως ὑπὸ τοῦ παρόντος συνοδικοῦ σημειώματος· τὰ δὲ ἐν τούτῳ περιεχόμενα, κανονικοὶ καὶ νομιμοὶ ἐξισώσει διδάγμασιν. Ἀφορῶν οὖν εἰς τὴν τῆς πίστεως ἀρχὴν καὶ τελευτην Κύριον καὶ Θεὸν ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, λέγω καὶ αὐθις· ὡς ἐπεὶ ὁ μέγας Παῦλος φησιν· Ἡ γυνὴ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλ' ὁ ἀνὴρ· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ἀνὴρ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλ' ἡ γυνή. Οἱ δὲ θεοὶ καὶ ἱεροὶ κανόνες καὶ τόμοι τὸν μετὰ χήρας γαμικῶς συναφθέντα λογιζόμενοι δίγαμον, εἰς ἐκκλησιαστικὸν βαθμὸν οὐκ ἐδοκοῦσιν ἔλθειν, ἀλλ' οὐδὲ τὴν τοῦ τελευτήσαντος ἱερῶς ὁμολόγητον δευτερογαμήσει παραχωροῦσι, πάντως διὰ τὴν ταυτότητα τῶν σωμάτων αὐτῶν, καθὼς τὰ περὶ τούτου παρίσταται ἐκ τοῦ λα' καὶ λβ' κεφαλαίου, τοῦ πρώτου τίτλου, τοῦ γ' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν, καὶ τοῦ μδ' κανόνος τοῦ ἁγίου Βασιλίου, λέγοντος περὶ τὸ τέλος· Ἡμεῖς οὖν τῆς διακόνου τὸ σῶμα, ὡς καθιερωμένης, οὐκέτι ἐπιτρέπομεν ἐν χρῆσει εἶναι σαρκικῆ· διαγιγνώσκω κανονικὸν εἶναι καὶ νόμιμον, τὸ μετὰ αὐθεντίας ἐκκλησιαστικῆς κωλύεσθαι τὸν αὐτὸν καὶ ἓνα διὰ θεσεξάδελφαις συνάπτεσθαι, καὶ τὸ ἀνάκαλιν· καὶ εἰ λάθοι γενέσθαι τοιοῦτόν τι, σπουδαίως διασπασθαι, καὶ μετ' ἐπιτιμίου διορθοῦσθαι.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

Ἐπιστολὴ, χάριν τῶν διδομένων θυμιαμάτων κατὰ τοῦ πατριάρχου, κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς κατηχήσεως.

Σὺ μὲν, τριπόθητον τέκνον, μεγαλοδοξότατα κριτὰ, καὶ ἐπὶ τῶν χριστιανῶν, ψάλλον μετὰ τοῦ θεοπάτορος, Ἐρώτησον τὸν πατέρα σου, καὶ ἐρεῖ σοι, τοὺς προσυτέλους σου καὶ ἀπαγγελοῦσί σοι· καλῶς ἐζήτησας μαθεῖν ἐξ ἡμῶν, τίνας χάριν δίδονται τῷ λαῷ κατὰ τῶν κατὰ καιροὺς ἀγιοτάτων πατριαρχῶν μετὰ τὴν κατήχησιν θυμιαμάτα. Ἐγὼ δὲ πῖνον τρυγίαν θλίψεως ὑπερόριον, ἔκκων πρὸς τὴν ἀπόκρισιν. Ἐπεὶ δὲ παντὶ εἴ αἰτοῦντι, καὶ πάντοτε, καὶ γλώττῃ καὶ χειρὶ ὀφείλειν δίδοναι μαμάθηκα, σχεδιάζω σοι ταῦτα πρὸς τὴν ἐρώτησιν.

Τὴν ὑψηλοτάτην τῶν θεῶν αυτοκρατορῶν περιεπήν, καὶ τῶν πατριαρχῶν τὴν μεγαλειότητα, μετὰ τῶν ἄλλων ἐστῆμον καὶ ἐτήσιοι ῥόγαι ποτὲ, καὶ βατῶν φιλοτιμήματα. Ἐκάθητο γὰρ ἐτησίως οἱ κατὰ καιροὺς πατριάρχαι καὶ βασιλεῖς, καὶ μετακαλοῦντο τοὺς ἀπηκόους διὰ τούτων πρὸς εὐνοίαν. Οἶδε ταῦτα τῆς συγκλήτου βουλῆς τὸ ὑπέκτατον, ἵσως δὲ καὶ τινες τῶν τῆς καθ' ἡμᾶς γενεᾶς. Οὐδὲ γὰρ πρὸς Εὐκλείδου μεμυθολόγηται, οὐδὲ γραβῶσιν ἐστὶν ὀνειροπολοῦντων λογόεθρα· ἀλλὰ μέχρι τῆς βασιλείας τοῦ Δούκα κυροῦ Κωνσταντίνου καὶ ταύτην εἶχον τὴν σεμνοκρέτειαν τὰ τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν βασιλέων ἀνάκτορα, καὶ πάντως γέγονεν ἂν τὸ καλὸν πρὸς τῆμᾶς διαδόσιμον ἐκ προγόνων εἰς πατέρας, καὶ ἐκ φυλῆς εἰς φυλὴν περυσσόμενον. Εἰ δ', ὅσαρ οὐ

(55) *Archiepiscopi sui.* *Episcopus* sine litteris metropolitani, metropolitani sine litteris archiepiscopi ad comitatum venire prohibetur. *Balsamon* hic ἀρχιεπισκοπον πατριάρχου *Nov.* vi, c. 2 et 3, *regionis patriarcham* verit. *Julian.* *nov.* vi, num.

Κωνσταντινουπόλει. Τὴν δὲ οὕτως ἀνιόντα χρῆ πρῶτον παραγίνεσθαι πρὸς τὸν ἀγιώτατον ἀρχιεπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως ἢ τοῦ ἀποκριταρίου τῆς κατ' αὐτὸν διοικήσεως, κάθεινοι; κοινοῦσθαι τὸ πρόβλημα καὶ εἰ δεήσει, δι' αὐτῶν, ἢ διὰ βερενδάρων τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας πρὸς βασιλεῖα μετανοῦσθαι.

Χρῆ τὸν χειροτονοῦμενον κληρικὸν ἄμειπτον καὶ γραμμάτων ἔμπειρον εἶναι, καὶ μήτε ἐκ ταξωτῶν ἢ βουλευτῶν, εἰ μὴ κατὰ τὴν πρότερον οἰηθεῖσαν διάταξιν· μήτε δευτέρον γάμον, ἢ παλλακῆ συνοικήσαντα, ἢ γυναῖκα ἔχοντα μὴ ἐκ παρθενία, αὐτῷ συναρθεῖσαν, χειροτονεῖσθαι αὐτὸν προτέρα χωρῆ;

A Constantinopolim (56) adeat. Qui vero sic ad erit, primum accedere debet ad sanctissimum archiepiscopum Constantinopolitanum, vel ad diocesis ejus apocrisarios (57), quibuscum negotium communicetur, ac si quidem opus erit, per eos, vel per ecclesie Majoris referendarios (58), imperatoris significetur.

Clericum, qui ordinatur, oportet expertem esse reprehensionis (59), et litterarum peritum (60), nec ex apparitoribus (61), aut curialibus, nisi secundum ordinem prius positum. Nec enim, qui secundas contraxerit nuptias (62), vel qui cum concubina contubernium habuerit, aut qui uxorem

Annibalis Febroti notæ.

25, 26. Vetus interpres, *regionis aut dioceseos patriarcham*. Fulgentius in Brevial. Cann. cap. 49. Zosimus PP. in epist. 5, ad episcopos Gallie.

(56) Constantinopolim. In sacrum comitatum. B. Ambrosius de obitu Valentiniani: *Jussit eum ad comitatum venire*. Ammian. lib. xiv: *Ad comitatum imp. vinculum perduceret*. Gesta de nomina Acacii: *Ut ad comitatum ricibus clericis dirigantur*. Justinian. d. nov. vi, c. 3. πρὸς τὴν βασιλείαν: vel. interpres, *ad imperium*. Anastasius Bibliothec. de vit. PP.: *Ne ignoti sine commendatuus*. Vido Alexandri III. epist. 19. 1 coll. in fine. Vide capit. Car. M. p. 8 et 90, 423, 232, b. cod. LL. Antiq. p. 668, tom. III, concil. p. 611, vid. quæ diximus ad tit. 3 lib. 1. cap. 22.

(57) Diocesis apocrisarios. Episcopi per apocrisarios suos, vel referendarios Magnæ ecclesie causas propter quas in comitatum venerunt exponunt, et responsus impetrant. Vide glossaria nostra ad Cedrenum et Nicetam, et Photii Bibliothecam, p. 266.

(58) Referendarios. Glossæ Juris. βαιφενδάριο; ὁ τὰς ἀποκρίσεις κομίζων. *Referendarius qui responsa fert*. Item βαιφενδάριο; ὁ τὰ ρηθέντα αναφέρων ἀπὸ τοῦ ἑκείνου qui dicta ab aliquo refert. Erant autem non in ecclesia modo, sed et in palatio.

(59) Expertem esse reprehensionis. Clerici et episcopi debent esse irreprehensibiles, ut præscribit D. Paulus in Epist. ad Timoth. cap. iii, v. 2. *Quia irreprehensibiles esse convenit, quos præesse necesse est corrigendis*, ut est in can. 2, concil. Arvernen. : *Τὸν γὰρ ἀρχόντα φωστῆρα δεῖ εἶναι; ὥστε πρὸς τοῦτον πάντας ὀρώντας φωτίζεσθαι, καὶ ὁδηγεῖσθαι. Illum enim qui alius præest, veluti steliam esse oportet ad omnes in ipsum influentes illuminandum et dirigendum*, ut ait Theophylactus in D. Pauli Epistolam. Et vita clericorum innocua et inculpta esse debet. Et illi vitæ integri, scelerisque puri. Verum hoc ita intelligendum est, ut episcopus aut clericus non sit ἀναμάχητος et imprecabilis, sed irreprehensibilis quantum humane nature fragilitas patitur. S. Hieronymus lib. 1, contra Pelagianos: *Vult certe Deus tales esse episcopos, sive presbyteros, quales res electionis docet. Primum quod dixit irreprehensibilis, aut nullus aut rarus; quis enim qui non quasi in pulchro corpore, aut novum, aut verrucam habeat?*

(60) Litterarum peritum. Γραμμάτων ἔμπειρον. Balsamo, γραμμάτων παντοῖως ἐπιστήμονα. Justinianus Novell. vi, cap. 4, qui *litteratus scia*. Julianus litterarum peritus. Per contrarium ἀγράμματος; illiteratus, et litterarum expertus exponitur in Glossis Græco Latinis, *qu'il sache lire*. Adde Novellam cxviii, tit. seq. concilium Romanum sub Eugenio II. c. 4. Vide distinct. 58, can. 5, in laicis ex Leonis epist. 23, cap. 7. extr. de elect.; Constit. apost. lib. ii, c. 1, et lib. viii, cap. 1. Ca-

B ronus M. apud Sangallensem lib. 1, cap. 3, quosdam hortatur, ut strenue litteris incumbant. *Ei dabo vobis*, inquit, *episcopia et monasteria permagifica*. S. Ephraim Toriacensis in epist. 183: *Vir est, que et morum gravitas, et litterarum peritia; et honestas commendabilem reddunt*. Wilelmus Malmesburisensis lib. 1 de gest. pontificum Anglor. Atque adeo litterarum peritia præsulibus semper necessaria fuit, ut sola imperitia, abdicandi sacri magistratus justa causa esse possit. Anselmus in epistola ad Urbanum summum PP. Narratamen Albert. Crantzius *Historie Bremens. Eccles. lib. 8, cap. 53, ad archiepiscopatum admissum* Henricum ex comitibus de Anholt, qui vix primas litteras attigerat, inscientem etiam monachum ad patriarchalem sedem evectum scribit Nicephor. Gregorus: *Τὸν πατριαρχικὸν διεδύγειται ὀρθόν Νιφων τῆς Κωνσταντινουπόλεως, τῷ βασιλικῷ θελήματι τῶν ἀρχιεπίστων ἐξάντων, καὶ μεταίτησάντων αὐτῶν ἐκ Κωνσταντινουπόλεως πρὸς τὴν τῆς πατριαρχικῆς περιουσίαν. Ἦν δὲ ὁ ἀπὸ πάντων μὲν ἀδελφῆς τῆς ἐξουσίας, οὐχ ὡς τὰ πολλὰ δὲ καὶ τῆς βερενδάρων, ὡς μὴδ' οἰκίσια χειρὶ τὰ τῶν γραμμάτων στοιχεῖα γράψαι εἰδῶς. Nipho Cysici metropolitanus pontificibus imperatoris voluntati obsecutus ad patriarchatum accessit. Erat autem ille vir Græcorum litterarum plane rudis, sacrarum etiam fere. ut qui sua manu nec elementa litterarum sciret pingere.*

(61) Nec ex apparitoribus. Ex ταξωτῶν, ἢ βουλευτῶν, ex cohorte, vel curia: nec sit officialis aut curialis conditionis, Julianus Antecessor.

(62) Qui secundas contraxerit nuptias. Digami a sacerdotio arcentur. D. Hieronymus lib. 1 advers. Jovinianum: *Quam sancta sit digamia hinc ostenditur, quod digamus in clerum eligi non potest*. D. Augustin. de bono conjugali: *Sacramentum nuptiarum sic ad unum maritum et unam uxorem redactum est, ut dispensatorem ecclesie non liceat ordinari, nisi unius uxoris virum*. S. Epiphanius haeres. 59. Tertullianus in libro de exhortatione castitatis: *Presbyter esse non alius potest quam laicus senel fuerit maritus*. S. Leo in epistola 87 ad episc. Casatiensis Mauritanie: *Nequaquam ad diaconi gradum, vel ad presbyterii honorem, vel ad episcopatus culmen ascendat, si aut ipsum non unius uxoris virum, aut uxorem ejus non unius viri fuisse claruerit*. Vide Hieronymi epistolam 55, ad Oceanum, et in epistolam ad Titum cap. 6. Theodoretus in 1 ad Timoth. cap. 3; S. Ambros. id. cap. 5 Pauline 1 ad Timoth. Digami enim arcentur a sacris ordinibus propter defectum sacramenti, cap. *Debitum extra e.d.* Quia qui carnem suam dividunt, non significant unitatem Christi cum unica et immaculata sponsa Ecclesia. Can. *Acutus distinct. 26.*

habeat, quæ a virginitate cum ipso copulata non fuerit. Eundem oportet ordinari gratis (63), abaque omni largitione : et audiente populo universo accipere præcepta canonica, perinde ac de iis est traditum, qui ad episcopum pervenerunt.

Neminem, qui sit illitteratus, clero ascribi oportet.

Presbyter, aut diaconus (64), aut subdiaconus, qui post ordinationem in matrimonio degit (65), aut concubinam superinducit, aperte vel simulate, sacerdotium amittens, privatus esto (66).

Lector, qui secundas contrahit nuptias (67), ad gradum sacerdotii ne provehitur. Si vero operam dederit, ut provehatur, a clericatu removetur. Tertium matrimonium eidem prohibetur.

Quæ ordinatur diaconissa (68), virgo sit (69), aut olim in unius solius viri contubernio vixerit ;

Annibalis Fabroti notæ.

(63) *Ordinari gratis.* Vide *Ærodiom* rorum *judicat.* p. 444 et *Cassiodor.* 9, 15 et seq.

(64) *Presbyter aut diaconus.* In ordinationibus clericis, ut loquitur *Cyprianus*, id etiam servari debet, ut sint *ἀνύχλητοι*, seu inculpatis. *Fulbertus* epist. 61. *Observanda* sententia *Apostoli* dicentis, oportere non solum episcopum, sed presbyterum quoque et diaconum sine crimine esse.

(65) *Qui post ordinationem in matrimonio degit.* Presbyter, diaconus, et subdiaconus, si matr. nolum contrahat, cadit clericatu, cap. 1 et 2, *extr. qui cler. vel. vovent. matrim. contrah. possunt.* Concilium *Aurelianense* II, c. 8, propter votum continentiæ: tam enim diaconi quam subdiaconi cum plurimum in clerum asciscuntur carnem suam in æternum obsigant: *Hugo a Sancto Victore*, de *sacrament.* lib. 1, cap. 30: *Ordo impedit conjugium faciendum, et dirimit contractum, quia votum continentiæ sacris ordinibus est adnexum, ut licet verbis non fiat, nihilominus tamen in ipsa susceptione factum intelligatur.* Concilii tamen *Ancyranum* can. 10, diaconis in *Ecclesia Orientali* nuptias contrahere permissum fuit, si ea lege ordinati essent ab episcopo ut eis liceret matrimonio Jungi, nec deponebantur, si postea uxorem ducerent, Verum ex can. 6 concil. VI in *Trullo*, presbyteri, diaconi, subdiaconi post ordinationem quidem nuptias jure non contrahunt, sed utuntur matrimonio contracto, exceptio tempore contractationis sacrorum mysteriorum: κατὰ τοῦς καιροῦς τῆς τῶν ἁγίων μυστηρίων μεταχειρήσεως, ex sententia *Zonaræ* ad can. 4 concil. *Carthaginensis*.

(66) *Privatus esto, idióτης ἔστω.* *Justinianu*, *Novella* VI, cap. 5, *Idióτης ἔσται καὶ λαϊκός*, *Julianus Antecessor, sit privatus et laicus.*

(67) *Lector qui secundas contr. nuptias.* Lector nuptias contrahere non prohibetur, can. 25 apostolorum, eoque jure utuntur *Græci* cap. cum olim 6, *extra de cler. conjugat.* Sed si secundas contraxerit, ad sacerdotii honorem provehi non potest.

(68) *Diaconissa virgo sit aut olim, etc.* Diaconissa univira eligebatur, non renupta, quo verbo utitur concilium *Epaonense* c. 2. *Paulus* ad *Timoth.* I, cap. 7. *Disciplina Ecclesiæ et præscriptio Apostoli viduam adlegi in ordinem nisi univiram nisi concedit*; et de virginibus veland. cap. 9, ad quam *Epiphanius* περὶ πίστεως καθολ. συντ. ἀβ. ται β. μονόγαμοι οὖσαι.

(69) *Virgo sit.* Non virgines, sed viduæ primus *Ecclesiæ* cunabulis eligebantur, quæ scilicet post matrimonium unum interceptum exinde sexui renuntiabant, seu loquitur *Tertullianus*, de *exhort. carnitatis* cap. 1. *Clemens* autem ordinem viduarum

ἁπάσης δόσεως, καὶ τὰ κανονικὰ διεχέσθαι παραγγέλματα εἰς ἐπήκοον παντὸς τοῦ λαοῦ, παραπλησίως τοῖς εἰς ἐπισκοπὴν παραγινομένοις.

Ὅτι οὐδεὶς ἀγράμματος εἰς κλήρον καταλέγεται.

Πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὑποδιάκονος μετὰ τὴν χειροτονίαν γάμοις προσομιλῶν ἢ παλλαχὴν ἐπιστάγων φανερώς ἢ ἐσχηματισμένως, τῆς ἱερωσύνης ἐκπίπτων, ἰδιώτης ἔστω.

Ἀναγκώστης δευτερογαμῶν μὴ προκοπέτω εἰς βαθμὴν ἱερωσύνης. Σπυῖδων δὲ προκόβεται, πεπαύσθω τοῦ κλήρου. Τριγαμῶν δὲ κωλύεται.

Ἡ χειροτονουμένη διακόνισσα παρθένος ἔστω, ἢ ἐνὶ καὶ μόνῳ πρώην συνοικήσασα ἀνδρὶ, σύγγεγγυς

Instituisse fertur, ut est in fine lib. VI *Recognitionum*, quasi pro menstro esset ut virgo in census viduarum referretur, quas ætatis ratio frigidioris ad *Ecclesiæ ministerium* admitti suadebat, non juniores, ὡς τῶν ἀμαρτουσῶν καὶ ἐργάζεσθαι καὶ τρέφεσθαι δυναμένων, ἀ: καὶ πόνοι; δαμά εἰν χρῆ τῆς ἀκμῆς τὰ σικτημάτα. *Quod quæ adhuc vitæ vigeant, laboribus suis victum sibi possint querere: quas etiam oportet ætatis aduictæ lasciviam laboribus edomare*, ut scribit *Theodoretus* ad d. epistolam *Pauli* ad *Timoth.* Procedente autem tempore virgines quoque ascitæ. *Epiphanius* hæresi 79: ἀειπαρθένος οὖσαι semper virgines. (Qui locus revocat mihi in mentem epistolam *S. Ignatii* ad *Smyrnenas* in fine, quem viri docti interpolatam credunt: Ἀσπάζομαι τοὺς οἴκους τῶν ἀδελφῶν μου σὺν γυναίξιν καὶ τέκνοις, καὶ ἀειπαρθένως καὶ χήρας. *Vetus versio: Saluto domos fratrum meorum cum uxoris et filiis, sed et virgines et viduas; et merito quidem: nam Ignatiano sæculo virgines non addebantur, sed viduæ. Atqui genuina etiam, ut creditur, Ignatii epistola virginum quoque meminit his verbis: καὶ τὰς παρθένους τὰς λεγομένας χήρας. Versio vetus: Et virgines vocatas viduas.* De virginibus quod ait, non audit *Ignatius* sæculum, si pro diaconissis accipias. Cætera scribi possunt hoc sensu, ut vir sanctus salutet vocatas viduas, id est, non omnes, sed quæ adlectæ essent in ordinem, et in viduatu collocatæ, ut loquitur *Tertullianus*, de virginib. veland. Itaque nisi obstaret veterum codicum auctoritas, sic legi vellem in dicta epistola, καὶ τέκνοις καὶ τὰς λεγομένας χήρας, expuncta voce παρθένους. *Diaconissarum ministerium* continetur *Nov. VI, c. 6.* *Et can. 12 synodi Carthag. IV, et hoc significat Epiphanius d. loco si modo λουτρὸν ἰβι accipis pro baptismo. Diaconissæ igitur adhibebantur cum mulieres catechumenæ sacro lavacro tingerentur.* Idem *Epiphanius*: περὶ πίστεως καθολ. διακόνισσαι κηλίστανται εἰς ὕπηρεσιαν γυναικῶν μόνον διὰ τὴν σεμνότητα, ἀν χρεία καταστατῆ λουτροῦ ἕνακα, ἢ ἐπισκίψεως σωμάτων. *Diaconissæ* instituantur ad ministerium mulierum duntaxat honestatis causa, si necesse fuerit lavacri seu baptismatis gratia, aut inspectionis corporum. Cave enim a veteri illius loci interpretatione (balnei gratia). Ait διὰ τὴν σεμνότητα, scholiastes *Hartmannovii* in *Epistome Canonum*, δ.δ τὸ εὐπρεπές, ορεπτε decorum. Hoc etiam nominatum scribitur Constitutionum apostolicar. lib. III, cap. 15. Ἰνακίδ; χρῆζομεν διακόνου, καὶ πρώτον μὲν ἐν τῷ φωτισέσθαι γυναίκα;. Ὁ διάκονος χρίσει μὲν μόνον το μέτωπον αὐτῶν τοῦ ἁγίου ἑλαίου καὶ μετ' αὐτὴν ἢ

ὄσα τῶν ὧ ἐνιαυτῶν - πλην εἰ μὴ ἐν μοναστηρίῳ χειροτονεῖται. Δεχέσθω δὲ καὶ αὐτὴ τὰ κανονικὰ παραγγέλματα, καθ' ὁμοίότητα τῶν χειροτονουμένων κληρικῶν, καὶ μηδενὶ ἐξωτερικῶ συνοικεῖται, ἀλλὰ μόκις τοῖς γονεῦσι, καὶ τέκνοις, καὶ ἀδελφοῖς, καὶ θεοῖς. Εἰ δὲ ἐτέρῳ χωρὶς τούτων συνοικεῖ, [Ἰσ.βιά] αὐτὸ τούτο μηδὲ προσαγέσθω εἰς χειροτονίαν. Ἄλλὰ καὶ χειροτονηθεῖσα ἐκπιπέτω, ὑποβαλλομένων αὐτῆς τῶν συνοικησάντων, [Ἰσ. τοῦ συνοικησαντος] αὐτῆ τῶν τε παρόντων νόμων, καὶ ταῖς κατὰ τῶν φθορέων διγγορευμέναις ποιναῖς. Εἰ δὲ μετὰ τὴν χειροτονίαν γαμήσῃ, ἢ ἕτερον μετέλθῃ βίον, ἐνοχὸς ἐστὶ θανάτου, καὶ τὰ πράγματα αὐτῆς τῆ ἐκκλησίᾳ, ἢ τῷ μοναστηρίῳ ἐν ᾧ χειροτονήθη, προσκυρωθήσονται· τοῦ φθείραντος ἢ γαμήσαντος αὐτὴν διὰ ξίφους τιμωρουμένου, καὶ δημεύει καθυποβδλομένου.

Πᾶς κληρικὸς, εἰ καὶ ἐν τοῖς ἀναγνώσταις τέτακται, τῆς ἱερατικῆς ἀφιστάμενος ὑπηρεσίας, ἢ ἕτερον μεταδιώκων βίον, ἀπορὸς μὲν ὢν ἔσται ταξέωτης. Εἰ δὲ εὐπορὸς εἴη, βουλευτὴς γενήσεται πρὸς τὴν τῆς ὑποστάσεως εὐπορίαν.

Τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐν ἐκάστῃ ἐκκλησίᾳ λειτουργούντων κληρικῶν ἢ ποσότη; τῆς προσόδου, καὶ κρατῆ-

et prope absit ab annis quinquaginta (70): extraquam si ad monasterium (71) ordinetur. Accipiat autem et ipsa præcepta canonica, ad similitudinem clericorum, qui ordinantur, nec in ullius extranei contubernio sit (72), sed duntaxat in contubernio parentum, et liberorum, et fratrum, et patruorum ac avunculorum. Sin apud alium quempiam extra hos habitat, hac ipsa de causa non veniat ad ordinationem. Quin etiam si ordinata fuerit, removetur, tam ipsa, quam qui cohabitavit ei, lege præsentis, atque iis pœnis, quæ adversus stupratores sancitæ sunt, damnandi. Quod si post ordinationem matrimonium contraxerit (73), vel ad aliam vitam transierit, rea mortis erit, et facultates ejus illi ecclesiæ, vel illi monasterio, in quo ordinata fuerit, addicentur: eo, qui stupro ipsam polluerit, aut uxorem duxerit, gladio pariter (74) et bonorum publicatione puniendo.

Omnis clericus, licet in ordine lectorum sit, a ministerio sacro deficiens, aut aliam vitam persequens, siquidem inops est, apparitor erit: sin locuples, curialis fiet, pro facultatum patrimonii sui modo.

Numerum clericorum, qui qualibet in ecclesia cultui divino serviunt, tam redditus quantitas,

Annibalis Fabroti notæ.

διάκονος ἀλεῖναι αὐτάς· *Muliere diaconissa indiget, et primum quidem cum baptizantur mulieres. Diaconissa unget tantum frontem ipsarum oleo sancto, et post ipsum diaconissa unget eas* (vertunt, absterget eas). Idemque confirmat Hieronymus in Epistolam Pauli ad Romanos, cap. xvi: *In Orientalibus, inquit, diaconissæ mulieres in suo sexu ministrare videntur in baptismo sive in ministerio verbi*, quod Sedullus presbyter transcripsit in explanatione ejusdem epistolæ. Sed et auctor Vitæ S. Pelagii, cap. 8, testatur diaconissas mulieribus baptizandis ministerium præbuisse. Videamus obiter an diaconissæ inter laicas censerentur: et in ea quidem sententia sunt viri docti, quibus erroris fundus est canon 19 concilii Nicæni, ibi: *Ἐν τοῖς αἰκοῖς αὐτάς ἐξετάζεσθαι, inter laicos recenseri. Vellem observassent ejusdem canonis verba illa: ὡσαύτως δὲ καὶ, etc.*: sic enim habetur in omnibus fere codicibus; alii vero legunt, *ἐν τῷ κανόνι ἐξεί.* Itaque varia quoque circumfertur versio: Dionysii Exigui sic habent: *Qui sub regula versantur*; Isidori autem Mercatoris: *Qui in eodem clerico inveniantur*. Prior scriptura verior est, eamque sequuntur Theodorus Balsamon et Joannes Zonar. De sententia canonis videamus. Certe nec ipse Zonaras, nec quidem recentiores videntur eum percepisse. Hoc igitur constitutum est in d. canonis, ut diaconissæ, quæ ab hæresi Paulianorum ad Ecclesiam redierint, rebaptizentur, et iis quæ in eodem habitu esse noscuntur, quod nimirum non habeant manuum impositionem, adeo ut omnino inter laicos deputentur, manus imponantur anno 40 (hoc enim tempus constitutum fuit ordinationi earum, aut ut ait Balsamon, *ἡξιοῦντο καὶ χειροτονίας διακονισσῶν, manuum impositionem merebantur*), si inveniantur idoneæ, alioquin manus non imponantur. Cujusmodi interpretatio Balsamoni quoque suboluit, non etiam Zonaræ, ut dixi, qui scribit, diaconissas quæ non infiantur se in supradictam hæresin prolapsas, inter laicos adnumerari, ad d. canonem in fine. Vide episcopum Aurelianensem

ad Optatum p. 240, in quosdam canones, et sanctum Basilium in epistola canon. ad Amphilocho. cap. 24, et concil. Epaph. c. 21.

(70) *Ab annis i.* Aetatis diaconissarum legitimæ non fuit constans definitio. Nempe annis 60 vidua eligeretur Paulus præcepit ad Titum priore cap. 5. Annum 50 circiter statuit Justinianus novell. vi, c. 6. Patribus Chalcedonensibus annum 40 sufficere visum est, canone 15, concil. Chalced. c. 15; et c. 14 concil. vi in Trullo. Rationem discriminis et juris varii reddit Zonaras ad d. can. 15 ut Paulus. Vide ad l. 9 sup. *de episc. et cleric.* et Hieronymum ad Salvinam *de viduitate serv.*

(71) *Extra quam si ad monasterium.* Minor enim annis quinquaginta exigente necessitate ordinari potest: sed ei alibi degere non licebit, quam in asceterio sanctimonialium.

(72) *Nec in ullius extranei contubernio sit.* Diaconissis extraneorum consortio interdicitur. Julianus Antecessor Nov. vi, cap. 29. Nulla autem facultas diaconissis tributa est, habere quosdam secum veluti fratres, sive cognatos, vel quos dicere solent agapitos, vel dilectos. Vide Capitula Caroli M. p. 7, b, et 107, et 117; Capitula Caroli Calvi p. 415. Vide concil. Carth. i, c. 3 et 4; Turonens. iii; Toletan. ii, c. 5; Arausic. c. 16; Turon. ii, c. 12, 17; Paris. lib. i, c. 46; Troasleian. c. 9; Aurel. iii, c. 4; Hispal. ii, c. 11; Forojul. c. 12; Tarrac. c. 4; Trull. c. 5; Turon. ii, c. 21; Paris. c. 5; Matise. c. 12; Meldens. c. 67; Concil. Troasleian. c. 8; concil. Aquisgran. c. 118; Aquisgran. ii, sub Ludovico parte 3; concil. Turon. sub Carolo, c. 31; Maguntin. c. 19; Remense, c. 27; Capitula Car. M. p. 155; Clemens epist. 2 ad Jacobum fratrem Domini: *Nemo tamen clericorum cum extranea habitet femina, nisi proxima aut soror fuerit.*

(73) *Matrimonium contraxerit.* Vide Cap. Carol. M. et Cod. legum antiquar. p. 653.

(74) *Gladio pariter.* Vide ad l. 5, sup. *de episc. et cler.*

euanqizæ invaluit consuetudo, determinat. Violantes hanc constitutionem quilibet accusato.

Cujuslibet diœcesis patriarchæ, ac metropolitani, et episcopi, et clerici, qui legem hanc non custodiunt, a sacerdotio removeantur. Præsides autem qui violationes ejusdem non indicant, poenam quinque librarum auri solvent. Dat. xvii Kalendas Aprilis, Belisario et Eutropio coss.

II. De episcopis et clericis.

Idem imperator Petro præfecto prætorio (75).

De administratione, ac privilegiis, aliisque diversis capitulis, et quæ deinceps.

Præsens constitutio, cum tempore posterior sit, renovat omnia capita constitutionis ante hanc factæ. Sancit autem, ut cum usus postulat episcopum ordinari (76) ab episcopis (77), clerus et primates illius civitatis (78) de tribus personis (79),

ασσα διαρίζει συνήθεια. Τῶν παραβαινόντων τῆς διτάξης ὁ βουλόμενος κατηγορεῖται.

Οἱ ἐκάστης διοικήσεω; πατριάρχαι, καὶ μητροπολίται, καὶ ἐπίσκοποι, καὶ κληρικοὶ, μὴ φυλάττοντες τὸν παρόντα κανόνα, τῆς ἱερωσύνης ἐκπίπτουσι. Οἱ δὲ ἀρχόντες, μὴ ὁμνύοντες [Ἰσ. μὴνύοντες] τὰς κατ' αὐτοῦ παραβάσεις, ε' χρυσίου λίτρας καταθήσουσι τιμὴν. Ἐγγράφη Καλάνθαις Ἀπριλλίαι; ὑπὸ Βελισαρίου καὶ Εὐτροπίου.

Β'. Περὶ ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Πέτρος ἐπάρχῳ πραιτωρίῳ.

Περὶ διοικήσεω;, καὶ προνομίων, καὶ ἄλλων διόρων κεφαλαίων.

Ἡ παροῦσα διάταξι; μεταγενεστέρα οὖσα, πάντα καινίζει τὰ κεφάλαια τῆς πρὸ αὐτῆς διατάξεω;. Διατυποὶ δὲ, ἵνα χρεῖα γίνηται τοῦ ἐπίσκοπον χειροτονηθῆναι, ὁ κληρὸς καὶ οἱ πρωτεύοντες; τῆς πόλεω; ἐκείνη; ἐπὶ τρισὶ πρόσωποι; κληρικοῖ; καὶ μοναχοῖ;

Annibalis Fabroti notæ.

(75) *Petro præfecto prætorio.* Non recte in edit. μαγίστρω τῶν ὁσίων ὀφφικίων, magistro divinarum officiorum.

(76) *Ordinari.* Χειροτονηθῆναι, creari, ut recte Julianus Novella cxv, c. 1, melius quam vetus interpretes, quem Leunclavius secutus est. Idemque Julianus in fine c. 1, χειροτονῆσαι, recte vertit consecrare. Χειροτονία igitur et pro electione, et pro ordinatione seu consecratione ponitur. Glossæ: χειροτονία, creatio, procreatio, creatura. Procreatio igitur idem quod creatio. Innocentius I. in Decretis: Non sine permissu conscientiaque tua sinas episcopos procreari. Vide Glossarium nostrum ad Anastasii Biblioth. Historiam ecclesiasticam, in χειροτονία.

(77) *Ab episcopis.* Hæc non sunt in Græcis, nec in Novella Justin. cxviii, cap. 1, et omnino abesse debent: nec enim solis episcopis electio permisa est. Qui hæc de suo addidit fortasse respexit ad synodum Nicenam, qua cavetur ut episcopi ab episcopis eligantur, can. 4. et can. 3, Nicæne II, quod equidem de consecratione et manuum impositione edidicimus, de electione non item, de qua hic agitur.

(78) *Clerus et primates civitatis.* Episcopus a clero et primoribus civitatis eligitur. Primores civitatis, οἱ πρωτεύοντες τῆς πόλεω;, Balsamoni οἱ πρόσοι τῆς πόλεω;. Justiniano Nov. cxviii, cap. 1, et Bals. ad Photii Nomoc. tit. 1, c. 25, sunt, qui οἱ ἐν τέλει Gregorio Nysseno In vita Gregorii Thaum. οἱ ἐν τέλει. καὶ ἀξιωματοί; Theodoreto, *Histor. ecclesiast.* lib. 4, cap. 47: Οἱ λαμπρότατοι καὶ εἰ λογάδες, honorati, nobiles civitatis. Liberatus diaconus, in Breyiaro, cap. 14. laici nobiles ac cives, Hincmarus ad Hedenulphum Laudunensis ecclesie episcopus; imo ab omni populo vetustissimis temporibus deligebatur episcopus. Clemens aut certe scriptor perantiquus *Constitutionum Apostolicar.* lib. viii, cap. 2. Primus igitur B. Cyprianus, epist. 68, ad clerum et plebes in Hispania consistentes, coram omni syn. p. 131, lin. 3; B. Hieronymus in Jonam cap. 3, de Cypriano: *Ad probationem bonorum operum arbitror solum hoc satis esse, quod iudicio Dei et plebis favore ad officium sacerdotii et episcopatus gradum adhuc neophytus, et ut putatur novellus, electus est;* et in Epistolam ad Galatas; Leo epistola 82, in editione Nivelliana (nl. 84), ad Anastasium Thessalonicens.: *Cum de summi sacerdotis electione tractabitur, ille omnibus præparatur, quem cleri plebique consensus concorditer postularint.* Et epistola 87 (nl. 89):

Expectarentur certe vota civium, testimonia populi, quæretetur honoratorum arbitrium, electio clericorum. Stephanus Tornacensis epist. 173: *Concurrant in electione illa quatuor quæ a Leone I dicta sunt, vota civium, testimonia populi, honoratorum arbitrium, electio clericorum.* Intelligit epistolam 87, al. 89, Leonis, Sulpitius Severus lib. *De Vita B. Martini*, cap. 7: Hincmarus epistola ad clerum et plebem Tornacensem: *Clerum plebemque ejusdem ecclesie publice admonere festines. ut remoto privato studio, uno eodemque consensu telem sibi præficiendum expectant et eligunt sacerdotem.* Gregorius Turonensis: *Cumque populus S. Quintianum, qui de Lutena cæcus fuerat, elegisset.* Et lib. 5: *Facente populo episcopatus gratiam adipisceris.* Lib. x: *Gregorium diaconum plebs omnis elegit.* Concilium Remense: *Ne quis sine electione cleri et populi ad regimen ecclesiasticum proheretur.*

Merito autem populi consensus expectabatur, quia qui proponendus est omnibus ab omnibus eligi debet, ut est in concilio Aurelianensi; sive, ut est in decreto cleri Laudunensis de Hedenulpho electo episcopo, quia cui debet ab omnibus obediri, utique debet ab omnibus eligi; ne civitas non optatum episcopum aut contemnat aut oderit, et fiat minus religiosa civitas quam conventi, cui non licuit habere quem voluit. Denique omnium interest electum potius habere quam quemlibet.

multa tamen sunt quæ his quæ diximus refragari videntur; sunt enim qui putent adhibitum fuisse consensum populi ad conprobendam electionem jam factam a clero. Imo populi et cleri electio fuit. B. Cyprianus d. epist. 68: *Quando ipsa (de plebe loquitur) maxime habet potestatem, vel eligendi, vel indignos recusandi.* Nec aliter concilium Nicæni can. 5 accepit interpretes Arabes, apud quem sic habetur: *Et si populo placebit eligatur.* De electione episcopi vide P. Blesensem epist. 45; Nazianzen. orat. 21; Capitula Car. M. p. 18. Coram populo statuebantur episcopi ibid. p. 209; Synesium, epist. 67; Alexandri III epist. 23; vide etiam Duval, *De electo episcopo per plebem*, p. 386, 389 usque ad p. 393. Vide Anastas. Bibliothecar. in Leone III, in Valentiniano, et Sergio II.

Sunt qui putent electionis jus ademptum populo, et allegandum ad episcopem, ab episcopis eligi debere, can. 5 Nicæne VII synodi; can. 13 concilii

(79) *De tribus personis.* Duo aut tres præsentati metropolit. concil. Barcin. II, c. 3.

ἀναυτοὺς δὲ, εἰ βούλονται, καὶ λαϊκοὺς, προκειμένων ἂν ἐκείτοις καὶ μοναχῶν, et cum eis (siquidem ita velit) laicis quoque, propositis sacris Evangelii decreta faciant (80), quibus in decretis dicant, se illos scire canonicis conformes, et quod neque cum uxore vel concubina sint eodem in contubernio, neque liberos habeant. Quod si quam prius habuerint uxorem, a virginitate cum illa cohabitasse.

Βουλευτὴς ἢ ταξιώτης μὴ γενέσθω ἐπίσκοπος, μὴ πρότερον ἢ ἑτη μονάσας. Ἄλλ' εἰ περὰ ταῦτα γένηται, τῇ ἰδίᾳ ἀποιδόσθω τύχη.

Ἦσαν τῶν τριάκοντα ἐτῶν μὴ χειροτονισθῶ ἐπίσκοπος.

Ὁ λαϊκός, εἰ μὴ τρεῖς μῆνας καταλεγῇ ἐν κλήρῳ, μὴ προαγέσθω εἰς ἐπίσκοπον.

Ὁ βουλευτὴς, ἐπὶ δεκαπέντε ἑτη μονάσας, χειροτονισθῶ ἐπίσκοπος, καὶ τῆς τύχης ἐλευθεροῦται, τὸ

Curialis, vel apparitor, episcopus non fiat, nisi prius quindecim annis solitariam vitam egerit. Si præter hæc factus fuerit episcopus, conditioni suæ reatitutor.

Episcopus minor annis triginta (81) ne ordinetur

Laicus, nisi per tres menses (82) clero fuerit ascriptus, ad episcopatum non producitur.

Curialis, qui vitam solitariam quindecim annis egerit, episcopus ordinator, et a conditione sua

Annihalis Fabroti notæ.

concilii Laodiceni. In quorum sententiam ire non possant; verius enim est jus et facultatem eligendi penes populum remansisse. Quoniam autem discordante inter se plebe, ad seditionem plerumque ventum erat, ideo a Patribus Laodicenis electio plebi adempta, can. 12: Ὅτι δὲ στάσις ἐντεῦθεν ἤγελοντο, ut ait Zonaras ad d. canonem. De plebe ob studia privata ad seditiones prorumpente vide Gregorium Nazianz. orat. 19; Evagrium, lib. II c. 15; Theodor. Lectorem; Sozomenum, lib. VI. *Histor. ecclesiast.* c. 23 et 24; Socratem, VI, c. 10; Anastasium Bibliothecar. in Conono et in Sergio II; Gregor. Turonens. *Histor.* lib. II, c. 43; Sidonium Apollinar. lib. IV, epist. ult. De plebis electione conqueritur Gregor. Nazianz. d. epist. 19 et alibi.

Nemo nescit per initia electionem pontificis Romani et reliquorum episcoporum fuisse penes clerum, populum, et principes; quamquam quod de populo dicitur, quidam sic accipiendum putant, ut consensus populi adhibitus tantum fuerit ad comprobendam electionem jam factam a clericis. Vide can. Si quis 28, 16, *quæst.* 1, et gloss. ad verbum: *Vel populi*, et can. *Sic vive* 26, ead. causa, et *quæst.* Hildebertus Cenomanensis episc. in epist. 12: *Nam de electione quid loquar, in qua populo minime licet clerum præcedere, sed assensu prosequi eligentem.* Alii contendunt episcoporum electionem penes populum fuisse, can. *Sacrorum* 63 distinct. cap. *Querelam*, extr. *De elect.* Verum sive populus una cum clericis episcopos elegerit, quod variis auctorum iocis comprobari posset, sive electionem jam factam approbarit, tantum constat, præsentem saltem, vel attestantem populo, quod sine consensu non procedit, episcopos eligi solitos. D. Hieronymus in can. *Licet* 8, *quæst.* 1.

Verum procedente tempore, desiit adhiberi populi consensus in electionibus, cap. 2 extr. Justinianus plebem non excludit, sed primates civitatis admittit, τοὺς πρώτους τῆς πόλεως, nov. cxxiii. Quod ad principes attinet, jus populi ad eos translatum videtur. Hugo Grotius in lib. *De imper. summarum potestatum circa sacra*, cap. 11, num. 20, usque ad num. 25, et Francisc. Florens, ad ult. *Decretal. de electione.*

(80) *Decreta faciunt.* In tres personas suffragia conferant.

(81) *Episcopus minor annis xxx.* Veteri Hebræorum lege non eligebantur in sacerdotium, nisi qui implevisset annum 30, Hieronymo teste in epistola 62, ad Theophilum, et in præfatio ad Ezechiel

Sacerdotibus etiam Christianis ætas quidem annorum 35 præstituta a Justiniano in Nov. cxxiii, c. 1. At ex Nov. cxxvii, cap. 2, satis est explorasse annum 30, ut et concilii Agathensis can. 17, et ex eo can. *Episcopus*, dist. 77; concilii Lateranensis. can. 3. Hæc viri perfecti ætas est, d. can. 17, et legis Wisigothorum lib. X, tit. 2, c. 3; D. Gregor. Nazianz. in oratione 40: Ὁ: τέλειον βίβανον ἀρετῆς, καὶ τοῦ διδάσκαι κληρὸν ταύτης ἐχούσης τῆς ἡλικίας: *Quia hæc ætas perfectum virtutis argumentum docendique maturitatem habet.* Theophylactus in Lucam, can. 5: Ἀυτὴ ἡ ἡλικία ἐστὶν τελειοτάτη: *ætas illa perfectissima est.* Et in Joannem cap. 1: Ἀνὴρ δὲ λέγεται ὁ Κύριος: τάχα μὲν καὶ διὰ τὸ τῆς ἡλικίας: τῆς ἡλικίας: *Vir autem dicitur Dominus, fortassis propter ætatem perfectam; quoniam 30 annorum erat cum baptizaretur.* Hildebertus Cenomanensis episcopus, epistola 12; S. Hieronymus, contra Jovinianum lib. 1: *Propterea inter duodecim apostolos unus eligitur, ut capite constitutus schismatis tollatur occasio. Sed cur non Joannes electus est virgo? Ætati delatum, quia Petrus senior erat, ne adhuc adolescens, et pene puer progressæ ætatis hominibus præferretur.* Gregorius VII, epist. 5, ad episcopos Britanniarum, non admittit juvenem quemdam præclarum genere et honestis moribus, ad episcopatum onus portandum. Scribit tamen D. Chrysostomus, non tam ætatis rationem habendam, quam virtutis et pietatis, in Epistolam Pauli ad Timoth. et D. Chrysostomus apud Georgium Alexand. in Excerptis Photianis. Item scribit Albertus Crantzius, *Histor. Bremensis* lib. IX, cap. 47; et Hincmarus in Vita S. Remigii ait, eum anno 22 archiepiscopum electum fuisse. Denique, ut cætera exempla omittam, Eleutherius propter eximiam virtutem vicesimum annum agens episcopus Illyrici ordinatus est, ut scribit Nicephor. Callist. lib. III *Histor. ecclesiast.*

(82) *Laicus nisi per tres menses.* Hoc jus sequuntur Leo et Constantinus. Synodus Avernicensis II, c. 9; et Aurelianensis V annum præstituit. In Fulgentii quoque Ferrandi Breviatione canonum refertur ex concilio Sufetulensi, ut quicumque laicus ad episcopatum eligitur, prius annum in ministerio ecclesiastico per omnes gradus transeat. Refert etiam Crisostomus in Breviario canonico, c. 164, ex Decretis papæ Cælestini tit. 21, quod non conveniat, contemptis clericis Ecclesiarum, de laico episcopum ordinari. Novella tamen sexta, c. 4, vers. *Prius autem*, sex menses præstituti fuerant.

liberator: sic tamen, ut semissem cum quarta patriarcho sui parte curæ ac fisco præbeat.

Si intra sex menses decreta de episcopis facta non fuerint, competens patriarcha vel metropolitanus, animæ suæ periculo, quem vult, ordinato.

Si copiam trium personarum non habent, qui decreta faciunt, unum, vel duos, pro ipsius loci abundantia, decernere possunt.

Qui præter hæc ordinatur, excidit ordinatione. Qui vero ipsum ordinat, ad unius anni spatium a sacro ministerio separatur, facultatibus ejus ecclesiæ applicandis.

Accusatus episcopus (83) ordinandus, ante discussionem causæ ne ordinator. Accusator, si victus fuerit, aut trimestrii spatio deseruerit accusationem, relegatur: episcopo, qui ordinat, ex violatione legis iisdem pœnis subjiciendo (84).

Omnis episcopus gratis ordinator (85), eo, qui dat, vel accipit, vel intervenit, sacerdotium amittente; præterquam quod etiam id, quod datum fuerit, ecclesiæ applicabitur. Quod si laicus est, qui accepit, duplum ejus, quod datum fuerit, ecclesiæ restituet. Qui vero cautionem hoc nomine acceperit, et ipsam restituet et summam solvet, quantum illa continet.

Legio 17 (85') præsentis tituli constitutionem, quæ cum tempore posterior sit, renovat tradita de episcoporum ordinatione.

Patriarchæ, Romanus (86) et Constantinopolitanus et Alexandrinus et Theopolitanus (87) et Hierosolymorum archiepiscopus (88), ab initio constituta tam cathedralicorum (89), quam consuetudinum nomine præstanto; viginti tamen ut curi libras non transcendant. Qui vero ab ipsis, vel ab aliqua synodo ordinantur metropolitani, ac similiter et qui a metropolitano (90) ad episcopatum provehuntur, si non minorem triginta libris auri redditum habet ecclesia, quam ad ecclesiam ordinandi sunt: centum solidos ordinanti nomine cathedralici solvunt, clericis et notariis ejusdem trecentos. Si vero minorem quidem triginta libris

ἡμισυ τέταρτον μέρος τῆς ἰδίας ὑποστάσεως παρέχων τῇ βουλῇ καὶ τῷ δημοσίῳ.

Ἐὰν ἐντέδξ ἐξ μηνῶν μὴ γέωνται τὰ τῶν ἐπισκόπων ψηφίσματα, ὁ ἀρχιεπίσκοπος πατριάρχης ἢ μητροπολίτης ὃν βούλεται χειροτονεῖτω κινδύνῳ τῆς ἰδίας ψυχῆς.

Ὅτι, εἰ μὴ εὐποροῦσι τῶν τριῶν προσώπων εἰ ψηφίσματα ποιῶντες, δύνανται ἕνα ἢ δύο πρὸς τὴν τῶν τόπων εὐπορίαν ψηφισασθαι.

Ὁ παρὰ ταῦτα χειροτονούμενος ἐκπίπτει τῆς χειροτονίας. Ὁ δὲ χειροτονῶν ἐπὶ ἑνιαυτὸν χωρίζεται τῆς λειτουργίας, τῇ ἐκκλησίᾳ προσκυρουμένης τῆς αὐτοῦ περιουσίας.

Κατηγορηθεὶς ὁ μὲλλον χειροτονεῖσθαι, πρὸ ἐξέτασεως μὴ χειροτονεῖσθω. Ὁ δὲ κατηγορῶν, ἡτηθεὶς, ἢ ἐπὶ τρίμηνον ἀπαλειπὸν τὴν κατηγορίαν, ἐξορίζεται, τοῦ χειροτονούντος ἐπισκόπου ἐκ παραβάσεως τοῖς αὐτοῖς ἐπιτιμίοις ὑποβαλλομένου.

Πᾶς ἐπίσκοπος προεῖσα χειροτονεῖσθω, τοῦ δίδοντος, ἢ λαμβάνοντος, ἢ μεσάζοντος τῆς κεραιουμένης ἐκπίπτοντος, πρὸς τὸ καὶ τὸ δοθῆν τῇ ἐκκλησίᾳ προσκυρωθῆναι. Εἰ δὲ λαλῶς, ἔστιν ὁ λαβὼν, διπλοῦν τὸ δοθῆν ἀναδίδωσι τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀσφάλειαν δὲ περὶ τοῦτου λαβὼν, καὶ ταύτην ἀποδίδωσι, καὶ ὅσον περιέχει ποσότητα.

Ἀνάγνωθι τὴν ἐξ' τοῦ παρόντος τίτλου διάταξιν μεταγενεστέραν οὖσαν, καὶ καινίζει τὰ περὶ τῆς χειροτονίας τῶν ἐπισκόπων.

Οἱ πατριάρχαι Ῥώμης καὶ Κωνσταντινουπόλεως καὶ Ἀλεξανδρείας καὶ Θεουπόλεως, ὁ ἀρχιεπίσκοπος Ἱεροσολύμων, τεταγμένα ἐξ ἀρχῆς ὑπὲρ ἐθρονιστικῶν καὶ συνθητικῶν παραπέτωσαν, μὴ ὑπερβαίνοντας τὰς κ' τοῦ χρυσίου λίτρας. Οἱ δὲ παρ' αὐτῶν ἢ παρὰ τινος συνόδου χειροτονούμενοι μητροπολίται, ὁμοίως δὲ καὶ οἱ παρὰ τῶν μητροπολιτῶν εἰς ἐπισκοπήν προαγόμενοι, εἰ μὴ ἐλάττωνα τριάκοντα χρυσίου λιτρῶν πρόσθετον ἢ ἐκκλησίᾳ ἔχη, εἰς τὴν μέλλουσι χειροτονεῖσθαι, ἑκατὸν νομίσματα ὑπὲρ ἐθρονιστικῶν περιπέτωσαν τῷ χειροτονούντι, τοῖς δὲ κληρικοῖς αὐτοῦ καὶ νοταρίοις νομίσματα τριακόσια. Εἰ δὲ ἐλάττωνα μὲν τριάκοντα τοῦ χρυσίου

Annibalis Fabroti notæ.

(83) *Accusatus episcopus*. Hic de electi, non dum tamen ordinati episcopi accusatione agitur. Vide Balsamonem ad Photii *Nomocan.* tit. 9, cap. 1, in med.

(84) *Iisdem pœnis subjiciendo*. Qui ordinare festinavit, anno uno ministerio sacro abstinere, et res ejus ecclesiæ addicuntur cujus episcopus est.

(85) *Gratis ordinator*. Tertullianus, *Apolog.* c. 39; Cassiodor. ix, 15 et seq.

(85) Hoc est ultimam hujus tituli primi, quæ in libris Novellarum est centesima tricesima septima.

(86) *Patriarchæ, Romanus*. Quinque numero sunt patriarchæ in Ecclesiæ corpore, quod ab iis administratur, ad exemplum quinque corporis humani sensuum, ut scribit Petrus Antiochenus in epistola ad Dominicum Gradensem, quæ habetur in cod. ms. biblioth. Regiæ, ut refert eruditissimus Petrus de Marca, archiepiscopus Tolosanus, in Dissertatione de primatu Lugdunensi.

(87) *Theopolitanus*. Hoc est Antiochenus. Julianus Antecessor.

(88) *Hierosolymorum archiepiscopus*. Semper ultimo loco ponitur patriarcha Hierosolymitanus, ut concilii Florentini sessione 25: Τὸν Κωνσταντινουπόλεως δεύτερον εἶναι μετὰ πάντων, εἶτα τὸν Ἀλεξανδρείας, τὸν Ἀντιοχείας μετὰ τούτων, εἶτα τὸν Ἱεροσολύμων.

(89) *Cathedralicorum* Enthroniastica sive cathedralica intra modum legitimum non improbantur. Est autem ἐθρονιστικὸν, quod pro ordinatione episcopi datur ordinanti, vel clericis, vel notariis ecclesiasticis. Vide Novellam Isaaci Comneni; vide Balsamonem in *Nomoc.* Photii, tit. 1, c. 34. In mandato tamen quod metropolitanis dari solebat, præcipitur ut sportulæ illæ non ordinanti, sed pauperibus erogentur.

(90) *Qui a metropolitano*. Vide Servinium vol. I, p. 59.

λιτρῶν, οὐχ ἥττονα δὲ τῶν δέκα πρόσδοτον ἐτησίαν ἢ ἐκκλησία ἔχη, τότε ῥ' νομίσματα διδῶτω τῷ χειροτονοῦντι, καὶ τοῖς κληρικοῖς αὐτοῦ καὶ νοταρίοις διακόσια. Εἰ δὲ ἥττων μὲν τῶν δέκα λιτρῶν, οὐχ ἥττων δὲ τῶν πάντε ἢ ἐτησία πρόσδοτος τῆς ἐκκλησίας, παρεχέτωσαν τῷ μὲν χειροτονοῦντι πενήτηντα νομίσματα, τοῖς δὲ ἄμφ' αὐτὴν ὁ. Ἐλάττονος δὲ πάντε λιτρῶν, οὐχ ἐλάττονος δὲ τριῶν τῆς ἐτησίας προσδότου οὐσης, δεκαοκτὼ νομίσματα ὁ χειροτονῶν λαμβανέτω, καὶ οἱ περὶ αὐτὸν εἰκοσιτέσσαρα. Εἰ δὲ λείπεται τῶν τριῶν λιτρῶν ἢ ἐκκλησιαστικῆ πρόσδοτος, οὐχ ἐλαττοῦται δὲ τῶν δύο, παρεχέσθω τῷ μὲν χειροτονοῦντι νομίσματα ζ', τοῖς δὲ ἄμφ' αὐτὸν νομίσματα ιβ'. Ἐπ' ἐλάττονοι δὲ προσδότω τῶν δύο λιτρῶν, μηδὲν καθόλου παρεχέσθω. Εἰ τις δὲ πλείον λάβῃ τοῦ ὁρισμένου, τριπλοῦν τὸ δοθὲν ἀναδώσει τῇ ἐκκλησίᾳ. Δύναται δὲ ὁ μέλλων χειροτονεῖσθαι καὶ πρὸ τῆς ἐπισκοπῆς, καὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν ἴδια προσφέρειν πράγματα τῇ ἐκκλησίᾳ, εἰς ἣν μέλλει χειροτονεῖσθαι.

Πᾶσα ἐπισκοπὴ ὑπεξουσιότητος, καὶ ἐναπογράφου καὶ δουλικῆς ἀπαλλάττει τύχης.

Ἐπίσκοπος ἢ μοναχὸς μὴ προσκαλεῖσθω πρὸς κηδεμονίαν. Οἱ λοιποὶ κληρικοὶ, εἰ βούλονται, τὰς τῶν συγγενῶν καταδεχέσθωσαν τεσσάρων μηνῶν τὴν οἰκίαν τῷ ἄρχοντι φανερῶντες γνώμην. Πρὸς δὲ ἐξωτικὰς μὴ ἐλκέσθωσαν

Μηδεὶς ἐπίσκοπος, ἢ μοναχὸς, ἢ κληρικὸς, ἐκλήπτωρ, ἢ διοικητὴς δημοσίων, ἢ μισθωτὴς τελῶν, ἢ ἀλλοτρῶν κτήσεων, ἢ κουράτωρ οἴκου, ἢ ἐντολεὺς δίκης, ἢ ἐγγυητὴς ὑπὲρ τῶν τοιούτων ἐγγυῶν [Ἰσ. αὐτῶν] γενέσθω, οἰουδήποτε ἔχει βαθμὸν ἱερωσύνης· μόνους γὰρ ἐξέσται αὐτοῖς ἱερτικῶν φρονεῖν πραγμάτων κατὰ τὴν διάταξιν τοῦ ρητοῦ.

Δύναται εἰ ἅγια ἐκκλησία καὶ οἱ λοιποὶ εὐαγεῖς ὄλεοι ἀλλήλοις καὶ τοῖς ἰδίαις κληρικοῖς μισθώσασθαι, καὶ ἐμφυτεύσεις ἐκδιδόναι χωρὶς τῶν διοικητῶν καὶ χαρτουλαρίων, καὶ συγγενῶν αὐτῶν, καὶ ἀγγιστέων. Ὅ δὲ κατὰ ταῦτα ποῶν ἐπίσκοπος τῆς Ἰβίας ἐκπίπτει περιουσίας, ταύτης κληρουμένης τῇ ἐκκλησίᾳ. Ὅ δὲ κληρικὸς ποιήνῃ δώσει τῇ ἐκκλησίᾳ, ἢ ὁ ἐπίσκοπος ὀρίσει. Οἱ δὲ ἐκλήψαις ἢ διοικήσεις δημοσίων ἢ ἰδιωτικῶν καταπιστεύσαντες κληρικοῖς οἰουδήποτε βαθμοῦ, ἢ μοναχοῖς, ἢ ὑπὲρ τῶν τοιούτων αὐτοῦς αἰτιῶν δεξάμενοι ἐγγυητὰς, οὐδὲ τοὺς εὐαγεῖς οἴκους, οὐδὲ αὐτοὺς τοὺς

Annibalis Fabroti notæ.

(91) *Dei solidos sex.* Sic legitur in Peirescii cod.; in Novella vero Justiniani c. 5, voc. ιβ' et voc. ζ', et ita in quibusdam libris Juliani, ut notatur in variis. Omititur autem hic quod colligitur ex d. Nov. In presbyterum, archidiaconum, primum τῶν πρεσβυτέρων, et archidiaconum, primum τῶν διακόνων, in Ecclesia pecuniæ distributionem habuisse, Arnulphus Lexoviensis de P. Pictaviensi archid. Fulbertus, epist. 35 et 79; Isidorus epist. ad Leudefredum episcopum de officio archidiaconi. Pervulgatum est quod de B. Laurentio primo archidiacono scribit Prudentius, cui hæc subnectam ex Chrysologi sermone 155: *Quoniam*

A auri, sed decem libris tamen non inferiorem redditum annum habet ecclesia, centum solidos dat ordinanti, clericis et notariis ejus ducentos. Quod si minor decem libris auri, non minor autem quinque libris annuus est redditus ecclesiæ, quinquaginta solidos ordinanti solvunt, septuaginta vero solidos iis, qui sub eo sunt. Si minor quinque libris, at non minor tribus est ecclesiæ redditus annuus octodecim solidos accipito, qui ordinat, et qui circa ipsum sunt, viginti quatuor. Quod si redditus ecclesiæ minor est tribus libris, at non minor duabus, ordinanti det solidos sex (91), iis autem, qui sub eo sunt, duodecim. De redditu vero minore duabus auri libris, nihil omnino præstanto. B Si quis autem plus acceperit, quam statutum sit, triplum ejus, quod datum est, ecclesiæ solvet. Cæterum potest is, qui ordinandus est, tam ante initum episcopatum, quam post ordinationem, illi ecclesiæ, ad quam ordinandus est, facultates suas offerre.

Omnis episcopatus a potestate patria (92) et ascriptitia servilique conditione liberat.

Episcopus aut monachus ad cognatorum curam non vocetur. Cæteri autem clerici, si velint, eorum curam suscipiant, intra quatuor menses suam voluntatem magistratui declarantes. Ad extraneorum autem curam ne compellantur.

Episcopus, aut monachus, aut clericus, non fiat exceptor (93), vel administrator rerum fiscalium, C vel conductor vectigalium, alienorumve prædiorum, aut curator ædium, aut procurator litis, aut pro causis ejusmodi fidejussor (94): quemcunque tandem sacerdotij gradum habent. Quippe licebit eis duntaxat rerum sacerdotalium habere curam, juxta constitutionem hujus textus.

Possunt ecclesiæ sacrosanctæ, cæteræque venerabiles domus, inter se, ac suis clericis locare, atque emphyteuses dare, absque suis administratoribus et chartulariis et cognatis et propinquis. Qui adversus hæc facit episcopus bonis suis excedit, quæ applicantur ecclesiæ, clericus autem eam poenam dabit ecclesiæ, quam episcopus statuerit. Qui vero vel exceptiones, vel administrationes rerum fiscalium, aut privatarum, clericis cujuscunque gradus, aut monachis commiserint, aut pro talibus causis eos fidejussores acceperint, nec venerabiles domus convenire, nec ipsos clericos

erat archidiaconus, apud illum esse utique credebatur ops ecclesiæ. Augustin. in sermone 58 *De diversis: Thesaurus ecclesiæ suscipiens Christianis pauperibus erogasti.* Sulpit. Sever. in dialogo 2, de virt. S. Martini.

(92) *Omnis episcop. a potest. patr.* Vide sup. ad l. 55 *de episc. et cleric.*

(93) *Exceptor.* Episcopus exceptor seu susceptor tributorum fieri non potest, nec conductor vectigalium. Concilium Chalced. c. 5; Ferrandus Diaconus, in Breviar. c. 125; Carthagini. c. 16.

(94) *Fidejussor.* Vide Clementem, Constit. lib. II, c. 6; et Chassan. ad tit. *De fidejuss. extr*

vel monachos, vel eorum facultates possunt, atque etiam damnum, quod accidit nasci, de suo restituant.

Episcopus ne producitur ad dicendum testimonium (95), sed propositis sacrosanctis Evangeliiis, personis publicis presentibus, quæ novit, testator.

Nemo propter causam pecuniarium vel criminalem absque divino jussu episcopum producat, aut sistat: præside, qui jam dicta facit, præter amissionem cinguli, tormentis et exilio tradendo.

Episcopus aut clericus (96) absque jussione sacra, vel absque permisso illius, qui jurisdictionem in eos habet, peregre ne proficiscitur: nec proficiscens, ultra spatium anni (97) reditum differt. Nam ex ecclesia sua nullas expensas accipiet. Quod si canonicè citetur, nec intra statutum tempus redierit, alius ordinator. Cum Constantinopolim venerit secundum ea quæ dicta sunt, per Constantinopolitanum patriarcham imperatori indicator. Cæterum verba textus de his sunt hujusmodi: Interdicimus autem religiosissimis episcopis, ne suas ecclesias relinquunt. Et post alia verba: Ita tamen ut ne illis quidem episcopis, qui sub beatissimo Constantinopolis archiepiscopo et patriarcha sunt, liceat absque permisso ipsius, vel absque jussu nostro, imperatoriam urbem adire. Quod si hoc etiam modo cujuscunque loci episcopus peregre profectus fuerit, non antequam uno anno suam relinquat ecclesiam. Et debent episcopi, qui ad urbem imperatoriam, cui dictum est, appulerunt, cujuscunque sint diocesis, ante omnia beatissimum archiepiscopum Constantinopolitanum adire, atque ita per eum ad nostram serenitatem accedere.

Patriarchæ ac metropolitani semel aut his anno publicas synodos instituunt, in quibus suas inter se, subditorumque sibi episcoporum et clericorum causas dijudicent et emergentia capitula canonica disponant.

Clericus tabula ne ludito (98), nec consortium habeto cum eo, qui tabula ludit, nec ludentem spectato, nec ad spectacula venito. Quippe si faciat, ad triennium in monasterium immittitur.

Episcopus per coactionem clericum suum ne dimittito.

(95) *Episcopus ne producitur ad testim.* Vide ad l. 7 sup. de episc. et cleric.

(96) *Aut clericus.* Theodor. Balsamon hic ex Basilicis inseruit vocem clericus; Novella enim Justiniani vi, cap. 3, loquitur tantum de episcopo, ut ipsomet testatur ad *Nomocan.* Photii, lit. 8, c. 2.

(97) *Spatium anni.* Vide Balsam. loco citato.

(98) *Tabula ne ludito.* Ταβλιζεν dicunt Græci recentiores, id est tabulis ludere, Novella cxxiii, cap. 10; Hesychius κωδύσα, ταβλίσα; Isaacus Porphyrogenit. in *Charactere Palamedis*; Meursius p. 660. Hinc ταβλιον. Suidas: τάβλα ἑνομα παρὰ β. V. d. Glossarium nostrum ad Cedren. et

κληρικούς ἢ μοναχοὺς, ἢ τὰς οὐσίας αὐτῶν εὐθύνει δύνανται, ἀλλὰ καὶ τὴν γινομένην τῷ δημοσίῳ βλάβην οἰκοδον ἀποκαταστήσουσιν.

Μὴ παραγάσθω ἐπίσκοπος εἰς μαρτυρίαν· ἀλλὰ προτιθεμένων τῶν ἁγίων Εὐαγγελίων τῷ ἐπισκόπῳ, δημοσίων προσώπων παρόντων, μαρτυρεῖτω ἄπειρίστως.

Χρηματικῆς ἢ ἐκκλησιαστικῆς χάριν αἰτίας μηδὲς ἐπίσκοπος χωρὶς θείας καλεύσεως διαγέτω, ἢ παρασεσίμον ποιέτω· ἄρχοντας τοῦ ταῦτα τὰ εἰρημένα προστάττοντο; πρὸς τὴν ἐκπτώσει τῆς ζώης βαθεύοις καὶ ἐξορίᾳ παραδιδομένοι.

Μὴ ἀποδημῆτω ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς χωρὶς θείας καλεύσεως ἢ ἐπιτροπῆς τοῦ ἔχοντος τὴν κατ' αὐτοῦ δικαιοδοσίαν· μήτε δὲ ἀποδημῶν πλέον ἐνιαυτοῦ ὑπερτιθέσθω τὴν ἐπανοδον, ἐπεὶ οὐ λήφεται ἄπαντα; ἐκ τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ. Εἰ δὲ κανονικῶς καλούμενος μὴ ἐπανεῖθαι εἰς τὸ ὠρισμένου χρόνου, ἕτερος χειροτονείσθω. Ἀνιῶν δὲ ἐν Κωνσταντινουπόλει κατὰ τὰ εἰρημένα, διὰ τοῦ ταύτης πατριάρχου μηνυέσθω βασιλεῖ. Ἐχει δὲ τὸ κατὰ τούτων βῆτον οὕτως· Ἀπαγορευόμεν δὲ τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις εἰς οἰκίας καταλιμπάνειν ἐκκλησίας. Καὶ μεθ' ἕτερα· Οὕτω μέντοι, ἵνα μηδὲ ἐκεῖνοις τοῖς ἐπισκόποις οἵτινες ὑπὸ τὸν μακαριώτατον ἀρχιεπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως καὶ πατριάρχην εἰσίναι ἐξεῖρη ἔδρα ἐπιτροπῆς αὐτοῦ ἢ ἡμετέρας καλεύσεως εἰς τὴν βασιλίδα πόλιν. Εἰ δὲ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον ἐπίσκοπος οἰουδὴποτε τόπου ἀποδημήσῃ, μὴ πλέον ἐνιαυτοῦ τὴν ἰδίαν καταλιμπάνειν ἐκκλησίαν. Τοῦς δὲ ἐπισκόπους τοῖς κατὰ τὴν βασιλίδα πόλιν, ὡς εἴρηται, παραγινόμενους, οἰαοῦσθε εἶεν διοικήσεως, πρὸ πάντων ἐπέναι πρὸς τὸν μακαριώτατον ἀρχιεπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως, καὶ οὕτως δι' αὐτοῦ πρὸς τὴν ἡμετέραν εἰσίναι γαληνότητα.

Οἱ πατριάρχαι καὶ οἱ μητροπολίται ἄπαξ ἢ δις τοῦ ἐνιαυτοῦ κοινὰς ποιέτωσαν συνόδους, τὰς κατ' ἀλλήλων καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦς ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν διακρίνοντες αἰτίας, καὶ τὰ ἀναγκύπτοντα κανονικὰ διατιθέντες κεφάλαια.

Κληρικὸς μὴ τυλιζέτω, μηδὲ κοινωνεῖτω τῷ τυλιζοντι, ἢ θεωρεῖτω αὐτὸν, μήτε δὲ θείας παραβάλλετω, ἐπεὶ τοῖς γε εἰς μοναστήριον ἐπι τριετίαν ἐμβάλλεται.

Ἐπίσκοπος ἐξ ἀνάγκης μὴ ἀπολύετω τὸν κληρικόν.

Annibalis Fabroti notæ.

Nicetan; concilium Albiense nuper editum cum variis Gallie conciliis, cap. 15: *Statuimus insuper aliquos canones innovando, ne clerici in sacris ordinibus constituti, et qui beneficiis ecclesiasticis sustentantur, ad aleas et tavillos non ludant.* Quod vetitum antea fuerat, can. 41 et 50 synodi in Trullo coactæ. De aliis multa Joann. Sarisb. Polycrat. lib. 1, cap. 5. Vide tractatum *De aleatoribus* inter opera Cypriano ascripta, et concilium Trident. sess. 22, c. 1; et concil. Eliberitan., can. 79, ubi dicitur: *Si quis alea, id est tabula, lusserit, abstinetur.* Episcopis etiam interdicitur aleam lusu can. 42 apostol. in Ep. tom. canon. 55, tit. 3, sect. 2.

Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος, ἀκοινωνήτων ποιῶν A
εἶνα πρὸ τοῦ ἐξετασθῆναι τὴν αἰτίαν τὴν τοῦτο γε-
νέσθαι κατὰ κανόνας βουλομένην, ὑπὸ τὴν αὐτὴν
ἔσται ποινὴν τοῦ μείζονος ἐπισκόπου τὸν δεθέντα
λύοντος, καὶ τὸν ἐπίσκοπον τῇ ποινῇ καθυπεβάλλου-
τος, ἐφ' ὅσον συνίδοι χρόνον.

Ἐπίσκοπος μηδένα τυπτεύω, μηδὲ ἐπιβαινέτω ἢς
ἐξέπεσε πόλει. Εἰ γὰρ πειραθείη ὑπεξελθεῖν τοῦ
τόπου εἰς ὃν οἰκεῖν κατεχρήθη, ἐν ἑτέρας ἐπαρχίας
ἐμβάλλεται μοναστηρίῳ.

Οἱ κληρικοί γραμμάτων ἔστωσαν ἐπιστήμονες ·
παλλαχὴν ἢ φυσικούς παῖδας μὴ ἐχέτωσαν · μήτε δὲ
ἐσχηκότες χειροτονείσθωσαν. Νομίμῳ γαμετῇ ἐκ
παρθενίας συζευχθείη συνοικεῖσθωσαν.

Ἦττων τριάκοντα ἐνιαυτῶν μὴ χειροτονείσθω
πρεσβύτερος, μήτε διάκονος ἐλάττωνεικοσιέντε · μή-
τε ἀναγκώστης, μὴ ἐπιθῶς τοῦ [δεκάτου] ὀγδόου ἔτους ·
μήτε διακόνισσα ἢ ὑπερβάσα τοῦς μ' ἐνιαυτοῦς
χειροτονείσθω. Ἔστω δὲ παρθένος, ἢ ἐκ παρθενίας
